

DE

CICERONE GRAECAE PHILOSOPHIAE INTERPRETE.

Qui ante Ciceronem soluta oratione de philosophia Latine scripserunt Epicurei Amatinius, Rabirius, Catius Insuber, quo dicendi genere usi sint, Cicero ipse aperte significat (Tuse. II § 7) his verbis: ‘Est enim quoddam genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini multi libri, quos non conteinno equidem, quippe quos nunquam legerim, sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distincte neque distribute, neque eleganter neque ornate scribere, lectionem sine ulla delectatione neglego.’ Nec vero aliter judicat de eorum ratione disserendi (Acad. post. I § 5): ‘Vides autem ipse non posse nos Amatinii aut Rabirii similes esse, qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant: nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant.’ Atque etiam aliis locis eos perstringit et carpit. Tusc. I § 6, II § 7. Fin. I § 8, III § 40, ad Fam. XVI 19 § 2, ubi ‘mali verborum interpretes’ appellantur. Quae quanquam non sine quadam acerbitate dicta esse concedimus, tamen domestica de philosophia scribendi initia Romanorum fuisse exilia atque omni sermonis elegantia disserendique subtilitate caruisse appetet; quocirca illos libros incultos et horridos (Fin. I § 8) a perpaucis lectos esse non mirandum est.¹⁾

Atque Cicero quidem philosophiam ab ineunte aetate se amplexatum multumque operae et curae in hoc studio ducibus philosophis Graecorum illo tempore celebratissimis consumpsisse, identidem testatur ipse; cf. Off. I § 4, N. D. I § 6, Tusc. V § 5, Brut. § 306 sqq., sed quia ei potissimum operam dedit, ut oratoriam facultatem exerceret, imprimis Academicorum sectam secutus est, ‘quorum consuetudo,’ ut ait in Bruto § 120, ‘talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus.’ Neque dum eum ambitio, dum honores, dum causae, dum reipublicae non solum cura, sed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat,²⁾ philosophiae tractationem intermisit; cum minime videretur, tum maxime se philosophatum esse dixit

¹⁾ De Varrone conferendum est, quod legitur apud Cic. Acad. post. I § 8, ubi Varro ipse haec ait: ‘Et tamen in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialectice.’ Ac respondet Cicero § 9: ‘philosophiam multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edoceendum parum.’

²⁾ Sunt ipsius verba Acad. post. I §. 11.

N. D. I § 6; quia autem negotiis civilibus occupatus illo tempore nihil scripsit praeter orationes,¹⁾ quas aliquanto postquam habuit, elaboratas edidit, librorum Graecorum lectione et doctissimorum hominum familiaritatibus vetera studia renovavit vel retinuit. Sed rerum mutatio facta est. Cum enim gravissimis casibus civilibusque tempestatibus jactatus tanquam in portum ad litteras configisset, unde dolorum acerbissimorum peteret oblivionem vel levationem,²⁾ et cum quaereret homo patriae amantissimus, quanam re civibus suis, quibus occupatum se profuisse aliquid arbitraretur, prodesset etiam, si posset, otiosus, philosophiam, quae usque ad illam aetatem jacuit neque ullum habuit lumen litterarum Latinarum,³⁾ Latinis litteris illustrare librisque polite eleganterque scriptis populares suos, quorum animos a philosophia abhorrere videbat, ad sapientiae studium et amorem alicere sibi proposuit. Ac vero tum senex cum patriae perturbationem tum carissimae filiae cbitum lugens omnes illos libros, quibus philosophiam ita explicavit, ut nullum ejus locum esse pateretur, qui non Latinis litteris illustratus pateret,⁴⁾ incredibili celeritate admirabilique ingenii ubertate conscripsit.⁵⁾ Quoniam autem ad singularem philosophandi rationem inveniendam a natura se parum instructum intellexit, Graecorum vestigiis insistere statuit, et in singulis philosophiae partibus unum vel plures duces sibi elegit quos sequeretur.⁶⁾ Quia in re quomodo versatus sit, ipse pluribus locis aperuit. Scribit enim ad Atticum, hominem ipsi familiarissimum (epp. lib. XII 52): 'Dices, qui talia conscribis? Απόγραψα sunt, minore labore fiunt, verba tantum affero, quibus abundo.' Alioque loco (XIII 19 § 5) dicit: 'Sunt enim vehementer πιθανὰ Αντιοχία, quae diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis.' His igitur locis, saepe nihil aliud se fecisse, quam ut auctoris verba Graeca Latine redderet, amico libere aperteque fatetur. Nec vero quin res ita se habeat, dubium videtur. Nam vel ubi auctore non indicato transtulit tacitus, quae proposuit, ea unde sumpsierit, non raro investigari posse cum alii viri docti tum imprimis Petersen, Madvig, Heine sagaciter demonstraverunt. Attamen non semper Ciceronem eandem rationem instituisse, recte monuit Heine l. c. Non enim interpretis munere eum fungi, sed e fontibus judicio arbitrioque suo hausisse pluribus locis asseverat; cf. Fin. I § 6, Off. I § 6, II § 60, III § 7. Multa, quae copiosius dicta sunt ab iis, quos secutus est, coartavit, nonnulla suo ingenio addidit, alia exornavit rhetorice rem Romanis exemplis Romanorumque poetarum versibus illustrans;⁷⁾ atque hanc viam cum in aliis tum in iis, quos de Officiis scripsit, libris instituit.

Ac vero ex iis, quae exposuimus, etsi appetet Ciceronem summis philosophis non

¹⁾ Eas refertas esse philosophorum sententiis dicit N. D. l. c. Conferas Acad. pr. II § 6: 'Cum fungi munere debebamus, non modo operam nostram nunquam a populari coetu removimus, sed ne litteram quidem ullam fecimus nisi forensem.'

²⁾ Tusc. V fin. Acad. post. I § 11, ad Fam. IV 4 § 4, V 15 § 4, cl. III 3.

³⁾ Tusc. I § 5. ⁴⁾ Div. II § 4.

⁵⁾ cf. Off. III § 4: 'Plura brevi tempore eversa quam multis annis stante republica scripsimus.' cl. Att. XIII 10 § 1, XII 14 § 3, 40 § 2.

⁶⁾ cf. Madvig Praefat. ad Cic. de Fin. p. LXIV et Heine de fontibus Tusculanarum disputationum, Weimar 1863, pag. 3. Vide etiam Zeller die Philosophie der Griechen, tom. III 1. pag. 576. ed. 2.

⁷⁾ cf. Heine l. c. pag. 4.

esse adnumerandum, tamen eum optime de litteris meruisse, dicere non dubitamus, non modo, quod quae Graeci invenerant, transtulit posterisque servavit, verum etiam quod linguam Latinam suo tempore ad philosophiam parum idoneam conformavit et ad philosophorum usum subtilitatemque perpolivit. Qua in re quas difficultates superarit ille, qui cognoverit, etiam in hoc genere viri praestantissimi ingenium summa admiratione dignum existimabit. Ac profecto opus erat sunamo artifice, qui linguam quodammodo inopem necdum ad res subtiliores et spinosiores exprimendas subactam ita excoleret, ut quae Graeci scripsissent, Latine dici possent. Nec vero unus Lucretius¹⁾ de patrii sermonis egestate queritur, ‘complures, ut ait Cicero,²⁾ Graecis institutionibus erudit ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illi quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffidenter;³⁾ atque intuens ea, quae ipse praestitit, cum quadam ostentatione, quam facile ignoscimus, pergit: ‘quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur.’ Ceterum Cicero sibi non constat in eo, quod de linguae Latinae vel copia vel inopia judicat. Cum enim Fin. I § 10 dicat: ‘Latinam linguam non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse quam Graecam,’ aliis locis Graecam uberiorem et copiosiorem esse concedit; cf. Tusc. II § 35, Fin. III § 5. cf. Caec. § 51, Fin. III § 51. Ut cunque autem hoc est, admirabilis exstitit Cicero in lingua Latina conformanda ac locupletanda. Qua in re persequenda adjuvabatur summo ingenio, acerrimo studio, singulari patrii sermonis scientia. Quo ingenii acumine penetravit, ut ita dicam, ad linguae occultos et reconditos fontes, unde protulit divitias atque opes pretiosissimas et ad loquendi usum utilissimas. Accedebat etiam assidua scribendi exercitatio. Nonne adolescentulus studiosissime versatus est in convertendis scriptoribus Graecis? Qua de re non inutile videtur afferre ea, quae sub Crassi persona dicit de Or. I § 155: ‘Postea mihi placuit eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Graecas orationes explicarem. Quibus lectis hoc assequebar, ut cum ea, quae legeram Graece, Latine redderem, non solum optimis verbis uterer et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando, quae nova nostris essent, dummodo essent idonea.’⁴⁾

Sic igitur videmus Ciceronem non solum singulari facultate instructum, verum etiam utilissimis exercitationibus bene paratum accessisse ad rem eam, quam instituerat, ut philosophiam Latine explicaret. Quod qua via sit consecutus, si quaerimus, ipse eo quem modo attulimus, loco non obscure significat. Nam qua ratione ait se usum esse in con-

¹⁾ de R. N. I 138, III 260. ²⁾ N. D. I § 8.

³⁾ Cum his non alienum videtur conferre, quae Crassum oratorem dicentem facit de Orat. III § 95: ‘Quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem Latine ea, de quibus disputavimus, tradi ac perpoliri, patitur enim et lingua nostra et natura rerum veterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri, sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt; sin quando exstiterint, etiam Graecis erunt anteponendi.’

⁴⁾ Conferas cum his ea quae leguntur de opt. gen. Orat. § 14: ‘Converti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demostheni, nec converti ut interpres, sed ut orator sententis iisdem et earum formis tamquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi. Non enim ea me anumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere.’

vertendis Graecis scriptoribus, eandem ad philosophiam tractandam eum adhibuisse apertum est. Expressit enim quaedam verba imitando, quae nova popularibus suis essent, dummodo idonea essent, id est non modo usitatis verbis usus est, sed etiam ad Latini sermonis in-dolem et ad similitudinem eorum, quae jamdiu in usu erant, nova formavit. ‘Novantur autem’ ait (de Orat. III § 154) ‘verba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt.’ Et quoniam novae res nova verba expetunt, jus novandi sibi vindicat, qua de re quia sunt gravissima, quae uberior exposuit Fin. III § 3 sqq. integrā apponam: ‘Stoicorum non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius disserendi genus, idque quum Graecis tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt imponendaque, nova rebus novis nomina. Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur cogitans, in omni parte, cuius usus vulgaris communisque non sit, multam novitatem nominum esse, quum consti-tuantur earum rerum vocabula, quae in quaque arte versentur. Itaque et dialectici et physici verbis utuntur iis, quae ipsi Graeciae nota non sint. Geometrae vero et musici, grammatici etiam more quodam loquuntur suo. Ipsae rhetorum artes, quae sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in docendo quasi privatis utuntur ac suis. Atque ut omittam has artes elegantes et ingenuas ne opifices quidem tueri sua articia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. Quin etiam agricultura, quae ab-horret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notavit novis. Quo magis hoc philosopho faciendum est; ars est enim philosophia vitae, de qua disserens arripere verba de foro non potest. Quanquam ex omnibus philosophis Stoici plurima novaverunt, Zenoque, eorum princeps, non tam rerum inventor fuit quam verbo-rum novorum. Quodsi in ea lingua quam plerique uberiorem putant, concessum est, ut doctissimi homines de rebus non pervagatis inusitatis verbis uterentur, quanto id nobis magis est concedendum, quia ea nunc primum audemus attingere?’ Et cum his con-sentiant, quae leguntur Acad. post. I § 25: ‘Dialecticorum vero verba nulla sunt publica, suis utuntur. Et id quidem commune omnium fere est artium, aut enim rerum novarum fa-cienda nomina aut ex aliis transferenda. Quodsi Graeci faciunt, qui in his rebus tot jam saecula versantur, quanto id nobis magis concedendum est, qui haec nunc primum tractare conamur? Tu vero, inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, si eos non modo copia rerum auxeris, ut effecisti, sed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, novis verbis uti te auctore, si necesse erit.’ Acad. post. I § 5: ‘Nos autem praeceptis dialecticorum et oratorum etiam, quoniam utramque vim virtutem esse nostri putant, sic parentes, ut legibus, verbis quoque novis cogimur uti.’ Quum igitur Ciceronem in signi-ficandis rebus incognitis et novis a fingendis vocabulis minime abhorrire videamus, tamen istam rationem modum quendam habere recte perspexit.¹⁾ Quamobrem de Or. III § 171, quo loco de verborum novitate sermo est, ait: ‘est auribus consuetudinique parcendum’; et Acad. post. I. c. addit: ‘Audebimus novis verbis uti, si necesse erit.’ Ac vero satis

¹⁾ cf. Quintil. Inst. or. I 5, 71: ‘usitatis (verbis) tutius utinur, nova non sine periculo quodam fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt orationi, repudiata etiam in jocos exeunt. Audendum tamen, namque, ut Cicero ait, etiam quae primo dura visa sunt, usu molliuntur.’ cf. Cic. N. D. I § 95. Tim. cap. 4 Auct. ad Her. IV § 43: ‘Hoc genere raro est utendum, ne novi verbi assiduitas odium pariat, sed si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, sed etiam exornabit orationem.’

verecunde vel potius timide in usu novi vocabuli tentando versari eum animadvertisimus. Nec raro quasi veniae petendae causa ad verbum inusitatum adjungit ‘*ut ita dicam*’. Verbum ‘*indolentia*’ pro Graeco ‘ἀναλγησία’ a Cicerone formatum esse auctor est Nominis II 453. Quod vocabulum legimus primum Fin. II § 11: ‘An potest, inquit ille, quidquam esse suavius quam nihil dolere? Immo sit sane nihil melius, inquam — nondum enim id quaero — num propterea idem voluptas est, quod, *ut ita dicam, indolentia*?’ Ubi autem postea isto verbo usus est, nihil addidit cf. Fin. II § 19. Tusc. III § 12, V § 85. Off. III 12. ubi vid. Heusinger. Verbum ‘*gloriatio*’ a Cicerone fictum duobus locis reperitur: primum Fin. III § 28: ‘ex quo efficitur gloriatio, *ut ita dicam*’, atque iterum Fin. IV § 50, ubi deest illud ‘*ut ita dicam*’. Ad verbum ‘*decentia*’, quod jam de Or. III § 200 nude posuit, adjecit N. D. II § 145 *ut ita dicam* cf. Schoemann ad h. l. Lael. § 49: qui vel amare vel, *ut ita dicam, redamare*, quo verbo, quod alibi non legitur, Graecum ἀντιριπέσιν exprimi Cicero voluit.¹⁾ cf. Seyffert ad h. l. Interdum autem ad verba ab ipso facta addit particulam ‘*quasi*’; sic Fin. II § 5 hac particula apposita mollivit vel excusavit usum verbi ‘*patefactio*’, quod verbum nullo alio loco reperitur. Acad. post. I § 24 legitur vocabulum ‘*qualitas*’. Sunt autem verba haec: ‘Nihil est enim quod non cogatur, id jam corpus et *quasi qualitatem quandam* nominabant; dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Graeci ipsi faciunt, a quibus haec jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis.’ Atque eodem loco § 25 sic pergit: ‘Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Graeci vocant, quod ipsum apud Graecos non est vulgi verbum, sed philosophorum;’ et § 27: ‘Sed subjectam putant omnibus sine ulla specie atque carentem omni illa *qualitate — faciamus enim tractando usitatius hoc verbum et tritus* — materiam quandam, e qua omnia expressa atque efficta sunt.’ Occurrit autem idem verbum N. D. II § 94: ‘Isti autem, quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non *qualitate* aliqua, *quam ποιότητα Graeci vocant*, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu mundum esse perfectum?’ Qua verborum ambage hoc loco vocabulum inauditum ‘*qualitas*’ profert, eadem alii locis uti eum videmus. N. D. I § 43: ‘Quae est enim gens aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina *anticipationem* quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam nec quaeri nec disputari potest.’ Nec satis habuit verbum ‘*anticipatio*’ pro Graeco ‘πρόληψις’ invenisse, aliud: ‘*prænotio*’ eodem loco tentat his verbis: ‘Fateamur, constare illud etiam, hanc nos habere sive *anticipationem*, ut ante dixi, sive *prænotionem* deorum — sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus

¹⁾ Etiam in translationibus hanc vel similes loquendi formulas locum habere dicit ipse de Or. III § 165 his verbis: ‘Atque etiam, si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo; ut si olim, M. Catone mortuo, ‘pupillum’ senatum quis relictum diceret, paulo durius, sin, ‘*ut ita dicam pupillum*’ aliquanto mitius.’ cf. Tusc. II § 13. III § 22. 25. 83. Fin. III § 21 V § 12. N. D. II § 86. Cato § 42. Lael. § 29 ubi vid. Seyffert. Brut. § 96. 121. 129. 160. 203. 285. Or. § 27. 40. 76. Tim. 13. Caec. § 84. Fin. II § 45 ‘*ut ita dicam sagacem*’ ubi Madvig: ‘Admonet legentes primae et propriae vocabuli significacionis.’ Atque etiam verba poetica et obsoleta illo verbo praeposito excusantur. vid. e. c. Or. § 20 *grandiloqui ut ita dicam*, sed Tusc. V § 79 ‘isti grandiloqui’ nihil additum est. Legg. I § 45: ‘prudentem et, *ut ita dicam, catum*.’ Nude positum est ‘catum’ Acad. pr. II § 97. Tusc. II § 45. Verbum ‘*prosapia*’ Tim. cap. 11 præreditur ‘*ut utamur veteri verbo*.’

ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat — etc.' Sed aliis locis pro illo Graeco nomine usus est Latinis verbis 'notio' et 'notitia' cf. Top. § 31: *Notionem* appello, quam Graeci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν.¹⁾ Acad. II § 30: 'Cetera autem similitudinibus construit, ex quibus efficiuntur *notitiae* rerum, quas Graeci tum ἔννοιας tum πρόληψις vocant.' vid. Schoemann ad N. D. II § 45. Ac similiter adjecto graeco verbo, vel potius circumlocutione adhibita solet, ut ita dicam, inducere alia nova verba; sic *infinitio* Fin. I § 21 'infinitio ipsa, quam Graeci ἀπειρίαν vocant.' *Aequilibritas* N. D. I § 109. 'Confugis ad *aequilibritatem* — sic enim τεονομίαν, si placet, appellemus.' *Aequalis tributio* N. D. I § 50. 'Summa vero vis infinitatis et magna ac diligent contemplatione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant. Hanc τεονομίαν appellat Epicurus, id est aequabilem *tributionem*.' *Excandescens* Tusc. IV § 21: 'excandescens autem sit ira nascens et modo exsiftens, quae θύμωσις Graece dicitur' ubi Valkenarius Diatr. p. 231 (p. 239 ed. Lips.) legi vult θυμός. *Mulierositas* Tusc. IV § 25: 'Similiterque ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas, ut ita appelle eam, quae Graece φιλογνυτια dicitur, ceterique similiter morbi aegrotationesque nascuntur.' *Medietas* Tim. cap. 7: 'Deinde instituit dupla et tripla intervalla explere, partes rursus ex toto desecans, quas in intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media; vix enim audeo dicere *medietates*, quas Graeci μεσότητας appellant, sed quasi ita dixerim, intelligatur.'²⁾ *Evidentia*. Acad. pr. II § 17: 'eos, qui persuadere vellent, esse aliquid quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere dicebant, propterea quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci, perspicuitatem aut *evidentiam* nos, si placet, nominemus fabricemurque, si opus erit, verba.' Ciceronem verbum 'ἐνάργεια' etiam verbo 'illustratio' reddidisse, auctor est Quintilianus VI 2, 32. cf. Cic. fgm. ed. Orelli pag. 1061. Ex iis nominibus, quae Cicero finxisse videtur, huc referenda sunt etiam *effectio* et *convenientia*. cf. Fin. III § 45: Recta *effectio* — κατόρθωσιν enim ita appello. cf. § 24. Fin. III § 21 'quod (summum bonum) quum positum sit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus *convenientiam*, si placet.' cf. § 45 et 46. N. D. II § 54. III § 18. 28. 100. Div. II § 34. 124. Lael. 100. Off. I § 14. 100. III § 35. *Acervalis* Div. II § 11 'Quemadmodum soriti resistas — quem si necesse sit, Latino verbo liceat *acervalem* appellare, sed nihil opus est, ut enim ipsa philosophia et multa verba Graecorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est'; — cf. Acad. pr. II § 49: Soritas hoc vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. vid. l. c. § 92. 94. 107. 147. Fin. IV § 50. Nonius p. 329. Fgmt. Halm-Orelli pag. 984. *Veriloquium* Top. § 35: 'Multam etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, cum ex vi nominis argumentum elicitor, quam Graeci ἐπιμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo *veriloquium*, nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notae.' *Moralis* Fat. § 1. 'Pertinet ad mores, quod ἡθος illi vocant, nos eam partem philoso-

¹⁾ Fin. I § 31: 'Itaque ajunt, hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem etc.' Verbis 'naturalis atque insita in animis nostra' significatur 'πρόληψις.'

²⁾ Aristot. eth. Nicom. II 5: μεσότης τις ἡδα ἵστιν ἡ ἀρετὴ σποχασική γε οὐσα τὸν μίσον. Haec μεσότης a Cicerone redditur verbo 'mediocritas' cf. Brut. § 49. de Off. I § 89. Or. § 221.

phiae de moribus appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam nominare *mora-lem*. *Comprehendibilis* (v. l. comprehensibilis cf. Haase ad Reisig. Vorles. p. 161 not. 187) Acad. I § 41: ‘visis non omnibus adjungebat fidem, sed iis solum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quae viderentur, id autem visum, cum ipsum per se cerneretur, *comprehendibile* — feretis hoc? Nos vero, inquam, quoniam enim alio modo *αναληπτόν* dices?’¹⁾ sed cum acceptum jam et approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prederentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat, cum eo verbo antea nemo tali in re usus esset plurimisque idem novis verbis — nova enim dicebat — usus est.’ Vocabulum ‘ἀναληπτός’ Cicero una voce non reddidit cf. Acad. pr. II § 18: ‘cum enim ita negaret, quidquam esse, *quod comprehendendi posset* — id enim volumus esse *ἀναληπτόν* etc.’ *Aestimabilis* et *inaestimabilis* Fin. III § 20: ‘*aestimabile* esse dicitur — sic enim, ut opinor, appellemus — id, quod aut ipsum secundum naturam sit aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum aestimatione, quam illi ἀστίν vocant, contraque *inaestimabile*, quod sit superiori contrarium.’ § 50: ‘alia *aestimabilia*, alia contra, alia neutrum.’ cf. § 34 et 44. vid. Zeller Phil. Graec. III 1 pag. 238 sq. *Indifferens* Fin. III § 53: ‘quoniam autem omne, quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est, nec bonum esse nec malum hoc, quod praepositum vel praecipuum nominamus. Idque ita definimus, quod sit *indifferens* cum aestimatione mediocri; quod enim illi ἀδιάρροος²⁾ dicunt, id mihi ita occurrit, ut *indifferens* dicerem.’ cf. Acad. II § 130. vid. Zeller l. c. pag. 240 sq. *Individuus* Fin. I § 17: ‘ille (Democritus) atomos, quos appellat, id est corpora *individua* propter soliditatem censem in infinito inani (ἐν τῷ ἀπείρῳ κενῷ cf. Madvig), in quo nec summum nec infimum nec medium nec ultimum nec extremum sit, ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea, quae sint quaeque cernantur, omnia, eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intelligi convenire.’³⁾ cf. Fat. § 23. Verbum ‘*atomus*’ sine interpretatione positum pluribus locis reperitur: Acad. pr. II § 125. Fin. I § 19. 20. 28. N. D. I § 54. 65. 68. 69. 90. 109. 114. Fat. § 18. 22. 23. 24. 46. Tusc. I § 22. 60. II § 45. Etiam ‘*individuus*’ saepius legitur; adjectivum his locis: N. D. I § 67. 71. 110. II § 93. Fat. § 23. Tusc. I § 42. Tim. cap. 7 et 8; substantivum: Fin. I § 18. II § 75. N. D. I § 49. 65. Fat. § 18. 22. Adjectivo ‘*divi-*

¹⁾ cf. Zeller l. c. p. 75 adn. 2.

²⁾ Constat a Stoicis ἀδιάρροα appellata esse ea, ‘quae nihil valerent ad beatē vivendum’ (Fin. III § 50). Cicero haec etiam ‘*media*’ nominabat (Fin. III § 53. 58. 59). Cum autem inter reliqua esset ‘aliquid tamen, quod differret, esse voluerunt, ut essent eorum alia *aestimabilia*, alia contra, alia *neutrum*’ (Fin. III § 50). cf. Acad. post. I § 36: ‘cetera autem, etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat (Zeno), alia naturae esse contraria. His ipsis alia interjecta et media numerabat. Quae autem secundum naturam essent, ea sumenda et quadam aestimatione dignanda docebat contraque contraria, *neutra* autem in *mediis* relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti.’ Appellabantur ἀδιάρροα (*καθάπτας ἀδιάρροης* Stob. II p. 142 cf. Zeller l. c. p. 241 not. 2) etiam haec, quae Cicero Acad. l. c. *media* nominat errans in hujus appellationis usu, ut ait Madvig Fin. p. 436 cf. Beier ad Cic. Off. tom. I p. 319 sqq. *Neutra* etiam appellavit Tusc. IV § 28.

³⁾ Acad. post. I § 6: ‘Quid est enim magnum, cum causas verum efficientis sustuleris, de corpusculorum — ita enim appellat *atomos* — concusione fortuita loqui?’ cf. N. D. I § 67 ‘in *individuis* corpusculis’ § 71 ‘*individuorum corporum*’ cl. § 110. Fin. I § 18. N. D. I § 66. Tusc. I § 22 et 42.

duus' jam Plautus et Cato usi sunt; Cicero usurpavit N. D. III § 29. Tim. cap. 7. *Rejectaneus* Graece ἀπορριμένος, de cuius vocabuli forma vid. Madvig ad Fin. p. 597, legitur Fin. IV § 72: 'ista, quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece προγνένα, Latine autem producta, — sed praeposita aut praeципua malo, sic tolerabilius et mollius — illa autem morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, *rejectanea*.' Hoc pertinet ad id, quod ait Fin. III § 51: 'Hinc est id exortum, quod Zeno προγνένον, contraque quod ἀπορριμένον nominavit, quum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis.' quo loco vocabulo '*rejecta*') istud ἀπορριμένα expressit, idem quod Fin. V § 90 '*reducta*' et Fin. III § 52 '*remota*' Latine reddit. Sed haec hactenus. De reliquis vocabulis, quae formasse videtur, alio loco exponemus.

Nunc venimus ad ea, quae Cicero quasi transferendo ad philosophiae usum idonea fecit et conformavit. Qua de ratione quae ipse dixit, priusquam ad illa verba tractanda accedimus, nunc audiamus. Ait autem de Or. III § 149: 'utemur verbis aut eis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis; aut eis, quae transferuntur et quasi alieno in loco collocantur; aut eis, quae novamus et facimus ipsi.' Quae causa sit transferendi, exposuit § 155: 'tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem jucunditas delectatioque celebravit etc. Quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, ejus rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Ergo hae translationes quasi mutationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas.' Rem autem exemplis illustrans pergit § 159: 'si res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut 'pes' in navi, ut 'nexum', quod per libram agitur, ut in uxore 'divortium', necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere.') Quae translationes ad orationis splendorem pertinent, eas videlicet hoc loco non curamus; quas necessitas genuit, nunc respicimus. Ut autem prisci homines verba earum rerum, quae sensibus percipiuntur, 'propria' illa 'et certa quasi vocabula rerum paene una nata cum rebus ipsis', usurpabant ac tum demum ingenii cultu paulatim progrediente ob linguarum inopiam ad translationes confugiebant,³⁾ sic Cicero, cum philosophiam Latine tractare instituisse nec patrium sermonem subtilitati philosophandi sufficere videret, necessitate cogente vel ad nova vocabula facienda vel ad usitata verba transferenda et immutanda adductus est. Ac dupliquidem modo hoc in genere eum de excolenda lingua vernacula meruisse patet. Nam multorum verborum, quae quin jamdiu translata in usu fuerint dubitari non potest, vim et significationem acuit et perpolivit, multa primus transtulit atque in philosophiae usum convertit. Qua in re videmus non minus caute quam in novorum verborum usu eum versatum esse. Quoniam enim verebatur, ne nova et in-

¹⁾ cf. Legg. I § 60: 'ad bona eligenda et rejicienda contraria.' cf. Fin. II § 38 III § 56 IV § 71 V 78. 88. Tusc. II § 29. '*rejecta*' Fin. III § 69. Verbum '*rejicere*' hac significatione praeditum legitur Fin. IV § 40.

²⁾ cf. etiam Or. § 92: 'translata ea dico, ut saepe jam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur.'

³⁾ Or. § 211: 'Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina; sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.'

solita in legentium reprehensionem incurrerent minusve placerent, donec quae nova erant, esse desinerent, et quae dura visa sunt, crebrius usurpata mollientur, excusatione adhibita praecavere studuit. Sic igitur, ut exempla afferam, Fin. III § 21 ad verbum ‘concordia’ addidit: ‘ut ita dicam’, quod hoc loco verbum translatum est; imprimis autem particula *quasi* adjetum reperimus: ‘*quasi decretum*’ legimus Tusc. V § 84; vide Acad. pr. II § 27 ‘de suis *decretis*, quae philosophi vocant δόγματα.’ ibid. § 29 ‘quoniam enim id haberent Academicci *decretum* — sentitis enim jam hoc me δόγμα dicere —’ at § 106 ‘*dogmata*’, § 109 et 133 ‘*dogma*’, Tusc. II § 11 et Fin. II § 99 ‘*decreta*’ nude posita sunt. Verbum ‘*decernere*’ hac significacione praeditum legitur Fin. II § 115. Tusc. II § 16. ‘*quasi effatum*’ Acad. pr. II § 95: ‘nempe fundamentum dialecticae est, quidquid enumetetur — id autem appellant ἀξιωμα, quod est *quasi effatum* — aut verum esse aut falsum.’ Sed pro Graeco vocabulo ‘ἀξιωμα’ Cicero aliis locis alia verba tentavit, ut *pronuntiatum* Tusc. I § 14: ‘omne *pronuntiatum* — sic enim mihi in praesentia occurrit ut appellarem ἀξιωμα, utar post alio si invenero melius — id ergo est *pronuntiatum*, quod est verum aut falsum.’ *Enuntiatio* dixit Fat. § 1: ‘explicanda vis est ratioque *enuntiationum* quae Graeci ἀξιωμα vocant.’ cf. ibid. § 20, 25. ‘*Enuntiatum*’ Fat. § 20 et 28 excusatione non adhibita reperimus; ibid. § 21. vocabulum Graecum ἀξιωμα solum legimus. Nec praetereundum videtur a Varrone Graecum ἀξιωμα Latinis vocabulis ‘proloquium’ et ‘profatum’ conversum esse cf. Gell. XVI 8. Vocabula *titillatio* et *titillare* proprio sensu apud Ciceronem nobis non occurserunt, at vero translata semper particula *quasi* adjecta; iis Epicurea γαραλισμός et γαραλίζειν exprimuntur cf. N. D. I § 113: ‘at has leviores dicis voluptates, quibus *quasi titillatio* — Epicuri enim hoc verbum est — adhibetur sensibus. Cat. § 47: ‘at non est voluptatum tanta *quasi titillatio* in senibus.’ *titillare* reperitur Fin. I § 39. Tusc. III § 47. Off. II § 63. Ut Graecum verbum συντάθειαν exprimeret, dixit Divin. II § 34: ‘qua ex conjunctione et *quasi concentu atque consensu*, quam συντάθειαν Graeci appellant etc.’ cf. § 124 et 142. 143., ac brevius N. D. III § 28. ‘iste quasi consensus, quam συντάθειαν Graeci vocant.’¹⁾ cf. de Or. III § 21. Rarum vocabulum *antecessio* legitur Off. I § 11: ‘causas rerum videt earumque praegressus (al. lect. progressus) et *quasi antecessiones*’ et significat causas praecedentes. Deest particula Top. § 53. Ac proprio significatu reperies hoc verbum Tim. § 10. Ad verbum *libramentum* Acad. pr. II § 116 additum est quasi ‘extremitatem et *quasi libramentum*, in quo nulla omnino crassitudo sit;’ quod hoc loco translatum ad mathematica, significat superficiem, ut ita dicam, horizontalem. Itidem ad inauditum vocabulum *coeptus* particulam addidit Fin. IV § 41 ‘primos suos *quasi coeptus* appetendi’ ubi Madvigii docta disputatio conferenda est. de Or. III § 186: ‘infringitur ille *quasi* verborum *ambitus*; sic enim has orationis conversiones Graeci nominant.’ Graecum verbum περιοδον esse constat. cf. Brut. § 162 Or. § 204. *quasi secernere* Fin. IV § 72: ‘itaque illa non dico me

¹⁾ de re ipsa vid. Zeller I. c. p. 156: ‘Unter der Sympathie verstehen die Stoiker nicht den magischen Zusammenhang, welchen der neuere Sprachgebrauch mit diesem Worte bezeichnet; sondern das naturgemäße Zusammentreffen gewisser Erscheinungen in den verschiedenen Theilen der Welt, den *consensus*, *concentus*, die *cognatio*, *conjunctio*, *continuatio* naturae, durch welchen der Ausdruck von Cicero N. D. III § 28. Divin. II § 34. 142 erklärt wird.’

expetere, sed legere, nec optare, sed sumere, contraria autem non fugere sed *quasi secernere*. Ait autem Madvig ad h. l. ‘*secernere* insolentius dixit pro ἀπειλέγεσθαι (et addidit *quasi*) ne, si rejecere, quo alibi utitur (vid. ad III § 20) posuisset, nimis hoc prope accederet ad ipsorum τῶν ἀποπροηγμένων nomen Latinum ab illo verbo ductum.’ Cicero non dicit planetas; quum autem hae stellae appellantur Rep. I § 22 errantes et *quasi vagae*, reperitur N. D. I § 34 *vagae* particula non addita et N. D. II § 80 ‘vagas stellas et inerrantes’; II 103 ‘eae stellae, quas *vagas* dicimus.’ Aliis locis aliter vocantur. Div. II § 10: ‘quinque stellae, quae *errare* videntur.’ N. D. II § 119 ‘quae *errare* dicuntur.’ Div. II § 17 ‘*errantium* stellarum’ (cf. N. D. I § 34 II § 88. Tusc. I § 62. 63) N. D. I § 87 ‘*errantium* siderum’ II § 51 ‘quae falso vocantur *errantes*’ § 54. ‘stellae eae, quae *inerrantes* vocantur.’ § 80 ‘*inerrantes*’ cf. § 104. Legimus Tusc. V § 68: ‘proponenda quaedam *quasi moventia* sunt.’ Hoc loco adjecit particulam, ut insolitus participii usum pro substantivo (‘Beweggründe’) excusaret, cf. Heine ad h. l. Fin. II § 20: ‘quis enim nostrum non edidicit Epicuri οὐραῖς δόξας, id est *quasi* maxime *ratus* etc.’ ubi Madvig ait: ‘quum Latinum vocabulum in tali re parum usitatum esset, *quasi* addidit, neque prorsus Latinum Graeco respondet, nam *ratum* est quod confirmatur nec mutatur, οὐραῖς quod vim obtinet, itaque in altero stabilitatis, in altero auctoritatis notio eminet, quamquam ne haec quidem in *ratus* excluditur.’ Off. III § 16: ‘haec igitur officia, de quibus his libris disserimus, *quasi secunda* quaedam honesta esse dicunt.’ Particula addita est ad excusandum usum verbi ‘*secunda*’, quod est hoc loco positum pro ‘secundi ordinis vel secundaria’, ut ait Heusinger.

Propositis igitur his verbis, quae translata cum quadam quasi admonitione protulit, nunc transeamus ad percensenda ea nomina, quae aut Ciceronis aetate nondum usu trita in communem sermonis consuetudinem abiisse aut primum ab ipso peculiaris significacione usurpata esse inde appareat, quod nisi adhibita circumlocutione vel adjecta verbosiore explicatione tamquam emittere non ausus est. Atque ipsum nomen quidem ‘*philosophia*’ hoc esse referendum, ex eo intelligitur, quod Tusc. I § 1 legimus: ‘*studio sapientiae*,¹⁾ quae philosophia dicitur,’ ubi jam F. A. Wolf recte monuit: ‘Philosophia war in Rom noch kein gewöhnliches Wort, daher umschreibt es Cicero.’ cf. de Or. I § 9. Quod verbum quamquam in epistolis et in iis, qui ad philosophiam et rhetorica pertinent, libris, sexcenties reperitur, tamen in orationibus, quae in usu vitae communis versantur, nisi in oratione Pisoniana nunquam legitur. Nec vero quum illa oratio ad patres conscriptos²⁾ non ad populum habita identidem res Graecas et Graeculos, Epicurum (cf. § 23. 37. 59. 69) et Epicureos attingat ac perstringat, mirum est, quod in ea aliquoties verbum ‘*philosophia*’ (§ 58. 60. 70. 71) atque etiam ‘*philosophus*’ (§ 65. 68. 71) occurrit. Nec apud Ennium

¹⁾ vid. Off. II 5: ‘nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis praeter studium sapientiae.’ cf. Tusc. IV § 5. 57, Legg. I § 58, de Or. I § 212. Ac Tusc. I § 7 ‘prudentia’ idem valet quod philosophia; at vide Off. I 153: ‘Princeps omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant; prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quam etc.’

²⁾ § 68 haec ait: ‘non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum et humanissimorum coetu loquor.’ Quid quod § 61 Graecum verbum protulit? hunc versum citans: ‘Ratio quidem hercle appetat, argentum οἴχεται.’

philosophia in iis, quae servata sunt, fragmentis reperitur,¹⁾ at vero *philosophari*; vid. Ennii rel. rec. Vahlen p. 145. Trag. Lat. rel. rec. Ribbeck p. 53:

Neoptolemus

Philosophari est mihi necesse, at paucis; nam omnino haut placet. cf. Tusc. II § 1, de Orat. II § 156, Rep. I § 30, quibus locis Cicero Ennianum illud in usum suum convertit. Ac Plautus quidem hoc verbo jam usus est et Cicero ipse in orationis sermone semel Phil. XIII § 45: 'sed jam se colligit et ad extremum incipit *philosophari*' vel si orationem a Wolfio rejectam cum senat. grat. egit. § 14 adhibeas, bis usurpavit, in epistolis, nisi fallor, ter (ad Att. II 14 § 2, Fam. XV 18, IX 24 § 3), in libris de philosophia praeter illos, quos versum Ennianum citans supra attuli, locos hisce: Acad. pr. II § 72, post. I § 19, N. D. I § 6, Div. II § 1, Off. I § 2, Tusc. I § 89, II § 6, V § 108, Fin. I § 1. Substantivum '*philosophus*' quo jam Plautus et Terentius usi sunt, in Ciceronis orationibus praeter locos ex Pisoniana supra allatos nisi in Sestiana § 23 et 110 non legitur, saepissime in reliquis scriptis.²⁾ Adjectivum '*philosophus*' jam in Pacuvii reliq. ap. Rabb. pag. 103 reperimus:

ego odi homines ignava opera et *philosophia* sententia.

Apud Ciceronem Tusc. V § 121 pro '*philosophicus*' a Baitero et Heinio legitur '*philosophas*' scriptiones' et Acad. post. I § 8 pro adverbio '*philosophice*' ab Halmio '*philosophe*' legitur, dissentiente Seyfferto, qui illo loco '*philosophiae*' hoc '*philologis*' scribi vult; cf. præterea Epp. ad 9. Fr. III 1 § 5: 'ea villa quae nunc est *tamquam philosopha* videtur esse.'

Adjungendum his est, quomodo Cicero in significandis philosophiae partibus versatus sit. Distribuitur autem philosophia in tres partes,³⁾ cf. Acad. post. I § 19: 'fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex, una *de vita et moribus*, altera *de natura et rebus occultis*, tertia *de disserendo* et, quid verum, quid falsum, quid rectum in oratione pravumve, quid consentiens, quid repugnans, judicando.' de Or. I § 68: 'quoniam philosophia in tres partes est tributa, in *naturae obscuritatem*, in *disserendi subtilitatem*, in *vitam atque mores*.' Fin. V § 9: una pars est *naturae*, *disserendi* altera, *vivendi* tertia. cf. Fin. IV § 4, Legg. I § 60—62, Acad. pr. II § 114, Div. II § 10 sq. Sunt igitur dialectica, physica, ethica. Exordiamur autem a dialectica sive logica, quae verba idem valere plures loci docent de Or. II § 157: 'videsne Diogenem fuisse, qui diceret artem se tradere bene *disserendi* et vere ac falsa dijudicandi, quem verbo Graeco διαλεκτικὴν appellaret?' et Fin. I § 22: 'jam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ars ac *disserendi*, quae λογικὴ dicitur etc.' cf. Fat. § 1: 'tota est λογικὴ, quam rationem

¹⁾ Verbum '*sophia*' Ennius timide profert his Annalium versibus (pag. 35 ed. Vahlen):

Nec quisquam *sophiam sapientia* quae perhibetur
In somnis vidit prius quam sam. discere coepit.

cf. Afran. Com. Lat. Rel. rec. Ribbeck p. 172. 'Usus me genuit, mater peperit Minerva *Sophiam* vocant me Graji nos Sapientiam.' vide Bergk in Fleckeisenii Annal. 1861 p. 333. 'Wenigstens das Wort *σοφος* war den Römern längst bekannt, denn bereits im Jahre 450 erscheint ein Sempronius Sophus als Consul, 453 als mag. equitum in den Fasten, wie denn überhaupt Griechische cognomina in den vornehmen Geschlechtern schon während des fünften saec. nicht selten sind, ein deutlicher Beweis, wie früh Griechische Sprache und Kultur in Rom Eingang fanden.'

²⁾ Tusc. V § 9: 'hos se appellare *sapientiae studiosos* id est enim *philosophos*.'

³⁾ vid. Seyffert ad Cic. Lael. pag. 117 sq.

disserendi voco.' Videmus igitur verbum 'disserrere' ad hanc philosophiae partem significandam esse translatum; sed nondum in communem usum venisse cognosci potest adjectis Graecis nominibus variisque significationibus et explicationibus adhibitis. cf. Top. § 6: 'judicandi enim vias diligenter persecuti sunt (Stoici) ea scientia, quam *διαλεκτική* appellant etc.' cf. ibid. § 57, Tusc. IV § 33: 'habes ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae *λογικά* appellant, quia disserruntur subtilius.' Nec vero quae sit vis hujus artis, accuratius describere omittit cf. Brut. § 152: 'quae doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando; ambigua primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera et falsa judicarentur et quae quibus propositis essent quaeque non essent consequentia.' Tusc. V § 72: 'quae rem definit, genera dispertit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat, *disserrandi* ratio et scientia.' cf. Fin. II § 18, Acad. pr. II § 91, post. I § 32, de Or. I § 188, Or. § 16, Or. part. § 139. Sed praeter illos locos, quos jam supra commemoravimus, plures alii reperiuntur, quibus verbum 'disserrere' Cicero sine admonitione in hac re usus est; sic Fin. IV § 8, Legg. I § 62 'disserrandi ratio' Fin. I, § 26, IV § 10 'ars disserrandi' Tusc. V § 68, Acad. post. I § 5 'subtilitas disserrandi' Fin. V § 10 'disserrandi praecepta' Top. 56 'disserrandi genus' Fat. § 38 'inscientia disserrandi' Tusc. II § 6 'disserrandi elegantia' Fin. IV § 79 'disserrandi spinas.' Acad. pr. II § 32 'in quaerendo ac disserrendo' Top. 118 'in disserrendo.' Acad. post. I § 30: 'tertia philosophiae pars, quae erat in *ratione et in disserrendo*.' Attamen Graeco verbo Cicero non haesitans in libris de philosophia et de eloquentia conscriptis uti solet, saepius '*dialectica*' (orum) ut Fin. III § 41, Tusc. I § 14, Off. I § 19. cf. ad Att. IV 12. Zumpt ad Off. I cap. 6 ed. Heusing. substantivum '*dialectica*, ae' usquam reperiri negat, sed vide Acad. post. I § 32, pr. II § 91. 95. 97. 98. 141, Fin. I § 63, II § 17. 18, III § 5. 41. 42. 72, Or. § 113. Nonius v. incipitat p. 329, fgmt. Halm-Orelli p. 984; '*dialecticus*' subst. legitur Acad. post. I § 5, pr. II § 91. 97. 98, Fin. II § 17. 18, III § 4, IV § 9. 55, N. D. I § 70. 88, Div. II § 11. 104. 108. 115. 143, Fat. § 12, Tusc. IV § 9. 21, Top. § 53. 54. 56, Or. § 113. 114 ('qui dialectici dicuntur'), Orat. part. § 139 ('dialecticci qui appellantur'). Quod attinet ad orationes, semel '*dialecticus*' reperi in oratione addubitata de domo sua § 47, adj. '*dialecticus*' Fin. II § 17, Div. II § 122, Or. § 114. Adverbium '*dialectice*' Acad. post. I § 8, Fin. II § 17, Fin. V § 10.

Veniamus nunc ad *physica*; quod Graecum verbum ipsum Cicero haud cunctanter, non, ut assolet, adhibita circumlocutione protulit, at vero *φυσικός*. cf. de Orat. I § 217: 'eadem ratione dicuntur, quos *φυσικούς* Graeci nominant etc.;' alioque loco idem vocabulum adjecta Latina explicatione usus est N. D. I § 83: '*physicum*, id est *speculatorum* venatoremque *naturae*.' cf. Tim. cap. 1: 'fuit enim vir ille (P. Nigidius) cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tūm acer *investigator* et diligens *earum rerum, quae a natura involutae* videntur.'¹⁾ Ut autem hoc loco pro '*φυσικός investigator* etc. ita pro '*φυσική*' Acad. post. I § 34 '*investigatio naturae*' et

¹⁾ Acad. post. I § 15: 'Socrates mihi videtur, id quod constat inter omnes, primus *a rebus occultis et ab ipsa natura involutis*, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam etc.'

Fin. V § 10: '*investigatio rerum occultissimarum*' tentavit (cf. Fin. V § 9: 'natura sic ab iis *investigata* est, ut etc.,' atque ibid. 'maximam materiam ex rebus per se *investigatis* ad *rerum occultarum cognitionem* attulit'). Ac vero aliis locutionibus usus est, ut '*explicatio naturae*' Fin. IV § 11. 12, Tusc. V § 68, Div. II § 129 '*explanatio naturae*' Fin. IV § 73 '*cognitio naturae*' Fin. IV § 8, Tusc. I § 48. Frequentissime autem usurpavit vocabula Graeca: *physica* (orum) Acad. post. I § 6, Fin. I § 17. 26. 28. 63. 64, III 73, IV 13, Tusc. I § 29. 48. 71, Rep. V § 5, Or. § 119. '*physica*' (ae) Acad. post. I § 25, Fin. III § 72. 73. *physicus* subst. Acad. pr. II § 13. 14. 30. 55. 56. 87. 117. 128, Fin. I § 19. 20, II § 15. 102, III § 4, V § 13, Tusc. I § 46, V § 105, N. D. I § 66. 77. 83, II § 48. 54. 63. 70. 129, III § 18, Div. I § 112. 131, II § 11. 30. 33. 37. 43. 58. 132, Fat. § 24. 25, Tim. cap. 1, de Or. I § 42. 217. *physicus* adject. Fin. II § 102, N. D. I § 60, II § 23. 54. 63. 64, III § 92, Div. I § 110, II § 122; adverbium *physice* non reperi nisi Div. I § 126, aliis locis ubi occurrit, non pro adverbio, sed pro vocatiyo accipiendum est. Ac fere idem, quod *physica*, significat *physiologia*. Cum autem circumlocutione utatur Div. I § 90 '*naturae rationem*, quam *φυσιολογίαν* Graeci appellant,' et interpretatione N. D. I § 20: 'physiologiam, id est *naturae rationem*,' Graecum verbum ipsum usurpavit N. D. I § 41 et Div. II § 37.

Superest, ut exponamus de tertia philosophiae parte, de ethica; quod verbum ipsum Cicero non usurpavit. Ait autem Fat. § 1: 'quia pertinet ad mores, quod ἡρός illi vocant, nos eam partem philosophiae *de moribus* appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam nominare *moralē*.' Atque altero loco explicavit verbum ἡρίζοντα Or. § 128: 'duo sunt, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant; quorum alterum est, quod Graeci ἡρίζοντα vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum etc.' Neque alibi verbo illo, quod ipse proposuit, '*moralis*' usus est; semper confudit ad quasdam locutiones, ut: '*de moribus*' Fat. I. c. Acad. post. I § 39, Fin. V § 12. 13 '*de vita et moribus*' de Or. I § 69, Acad. post. I § 19, Tusc. III § 8: 'ante Socratem, a quo haec omnis, quae est *de vita et de moribus*, philosophia manavit.' Acad. post. I § 6: 'haec ipsa *de vita et moribus et de expetendis fugiendisque rebus*', cf. Tusc. V § 68 'in descriptione expetendarum fugiendarumque rerum et in ratione (?) vivendi.' Tusc. IV § 34: 'pleraeque quaestiones, quae ad *vitam moresque* pertinent.' Acad. post. I § 34: 'partem philosophiae, quae posita est in *virtute et moribus*.' Atque etiam '*vivendi pars*' legimus Fin. V § 9 '*pars bene vivendi*' Acad. post. I § 19. Et interdum praesertim eum theoreticam vel dogmaticam, ut ita dicam, disciplinae partem spectet, *summum bonum* pro 'ethica' Ciceronem dixisse, quibusdam locis intelligi potest, ut Fin. IV § 8: 'sequitur disserendi ratio (dialectica) cognitioque naturae (physica); nam *de summo bono* (ethica) mox, ut dixi, videbimus.' Nec raro exurrit ad longiores circumlocutiones et explications; vide Fin. IV § 5, Div. II § 10. 11, Acad. pr. II § 114, post. I § 15, Brut. § 31, Legg. I § 60, Fin. V § 11 sq. 15 sq.

Pertractatis igitur eis, quibus Cicero ad partes philosophiae significandas usus est, dictionibus, singula persequamur. Initium autem faciamus a dialecticis rebus: *visum*¹⁾

¹⁾ Semel occurrit *visus* (masc.) N. D. I § 12 ubi vid. Schoemann.

Acad. post. I § 40: 'plurima etiam in illa tertia philosophiae parte mutavit (Zeno); in qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova, quos junctos (?) esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille γαντασίαν nos visum appellemus licet, et teneamus hoc verbum quidem, erit enim utendum in reliquo sermone saepius.'¹⁾ Acad. pr. II § 18: 'si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum — jam enim hoc pro γαντασίᾳ verbum satis hesterno sermone trivimus — visum igitur impressum effictumque ex eo, unde esset, quale esse non posset, ex eo, unde non esset.' cf. § 77. Quod verbum hic per ambages profert, eodem postea identidem eum audacter uti videmus, cf. praeter locos eos, qui sunt in Academicis libris Fin. III § 31, N. D. I § 70, Fat. § 43; interdum etiam 'visio' usurpavit. cf. Acad. pr. II § 33. A visis venimus ad *comprehensionem*. Acad. post. I § 41, quem locum jam supra attulimus: 'sed cum acceptum jam et approbatum esset (sc. visum) *comprehensionem* appellabat, similem iis rebus, quae manu prenderentur etc.' cf. § 42, Acad. pr. II § 17: 'nec definiri ajebant necesse esse, quid esset cognitio aut perceptio aut si verbum e verbo volumus *comprehensio*, quam ξατάληψιν illi vocant etc.' § 31: 'istam ξατάληψιν, quam, ut dixi, verbum e verbo exprimentes *comprehensionem* dicemus.' cf. § 145; quod verbum si minus probetur, non pugnat, quominus vox Graeca retineatur Fin. III § 17: 'rerum autem cognitiones quas vel *comprehensiones* vel perceptiones, vel si haec verba aut *minus placent aut minus intelliguntur* ξατάληψεις appellemus licet etc.' Usurpabant enim Latini hoc verbō primum proprio sensu cf. Phil. II § 18: 'comprehensio sontium' deinde idem significat quod conjunctio N. D. II § 147 cf. Schoemann; ac denique in libris rhetoricis, quod Graeca vox περίοδος cf. Or. § 204 'in toto circuitu illo orationis, quam Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circutum, tum *comprehensionem* aut continuationem aut circumscriptionem dicimus.' cf. § 221. 223 atque in Bruto saepius. De adjektivo '*comprehendibilis*' a Cicerone formato jam supra diximus. Atque etiam '*comprehendere*' aequo ac '*percipere*' hac dialectica significatione praeditum occurrit; cf. Schoemann ad Cic. N. D. I § 12. Sed sequatur *assensio*.²⁾ Acad. pr. II § 37: 'nunc de *assensione* atque approbatione, quam Graeci συγκαταθέσιν vocant, pauca dicemus.' cf. § 38: 'qui enim quid percipit, adsentitur statim.' Quae vox ubi praeterea hoc sensu occurrit, nihil additum est. cf. Acad. post. I § 40. 42. 45 ('*assensionem approbationemque*'), pr. II § 38. 39. 53. 62. 68. 78. 98. 107. 108, Fin. III § 18, Tusc. IV § 15, N. D. I § 1, Fat. § 40. 42. 43. 44, Tim. cap. 8. Interdum verbo '*assensus*', ut idem significet, usus est; cf. Acad. pr. II § 39. 107. 108, Fin. III § 31. His adjungenda est *assensionis retentio*. Acad. pr. II § 59: 'ex his illa necessario nata est ἐποχή, id est *assensionis retentio*.' cf. § 148. Quam diligenter Cicero in delectu verborum versatus sit, cognosci potest ex epistola quadam de hac re ad Atticum data (Att. XIII 21). Quum antea Attico auctore pro ἐπέξειν *inhibere* et pro ἐποχῇ '*inhibitio*' probavisset, tunc ei vehementer displicent haec verba. Vult autem scribi '*sustinere*'³⁾ et *retentio* cf. § 3; vid. Krische über Cicero's Akademika pag. 14 sq. *Forma et species*. Acad. pr. I § 30:

¹⁾ cf. de hoc loco Madvig Fin. p. 810 sq. ²⁾ cf. Zeller l. c. pag. 74 sq.

³⁾ cf. Acad. pr. II § 98: 'et quattuor libri ejus (Clitomachi) sunt de *sustinentis assensionibus*.' Fin. III § 31: 'quidam Academicī constituisse dicuntur, extremum bonorum et summum munus esso sapientis, obsistere visis *adsensusque* suos firme *sustinere*.'

'mentem volebant esse rerum judicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et unius modi et tale quale esset. Hanc illi *ἰδέαν* appellant, jam a Platone ita nominatam, nos recte *speciem* possumus dicere.' Tusc. I § 58: 'nihil enim ille (Plato) putat esse quod oriatur et intereat, idque solum esse, quod semper tale sit, quale est, *ἰδέαν* appellat ille, nos *speciem*.' Or. § 9: 'Ut in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatum speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa non cadunt, sic perfectae eloquentiae *speciem* animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Has rerum *formas* appellat ἐδέας ille etc.' cf. § 2, Top. § 30: 'in divisione *formae* (sunt) quas Graeci *εἴδη* vocant, nostri, si qui haec forte tractant, *species* appellant, non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine possit quidem dici, *specierum* et *speciebus* dicere, et saepe iis casibus utendum est, at *formis* et *formarum* velim. *Notio. Notitia.* Tusc. V § 57: 'nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis *notiones*, quas ἔννοίας vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisse.' Ad significandas Platonis innatas ideas Cicero hoc loco adhibuit ἔννοίας, vocem Stoicorum in animo tabulae purae simili ἔννοιας visis extrinsecus oblatis imprimi statuentium cf. Madv. ad Fin. V 59,¹⁾ Fin. III § 21: 'simul autem cepit intelligentiam vel *notionem* potius, quam appellant ἔννοιαν illi etc.' vid. Madvig. ad h. l. Top. § 31: '*notionem* appello, quam Graeci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν. Ea est insita et praecepta cujusque cognitio enodationis indigens.' Acad. pr. II § 22: 'quodsi essent falsae *notitiae* — ἔννοιας enim *notitias* appellare tu videbare etc.' ibid. § 30: 'cetera autem similitudinibus construit, ex quibus efficiuntur *notitiae* rerum, quas Graeci tum ἔννοιας, tum πρόληψις vocant.' De verbo 'πρόληψις' jam supra dictum est. Aliis locis Cicero solis vocibus: 'notio,' 'notitia' atque etiam hac vi 'cognition' et 'intelligentia' usus est; sic 'notio' Fin. III § 33, Tusc. IV § 53, N. D. I § 46, II § 13, III § 16, Off. I § 76 'notitia' Acad. pr. II § 38. 142, Fin. V § 59 'intelligentia' Legg. I § 26. 27. 30. 44. 59 'cognition' N. D. I § 36. 44. cf. Fin. II § 16 ibique Madvig. *Sumptio. Assumptio.* Div. II § 108: 'sed demus tibi istas duas *sumptiones*, ea, quae λήματα appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus; *adsumptio* tamen, quam πρόσληψιν iidem vocant, non dabitur.' Vocem 'adsumptio' Cicero sine explicatione eodem sensu usurpaverat jam in libris de Invent. cf. I § 59. 60. 64. 65. 66. 70. 71. 73. 75. 76. 86, atque eodem modo verbum 'assumere' cf. Inv. I § 59. 63. 70, Div. II 106. 107. 109; itemque verbum 'sumere' Div. II § 104. 107, N. D. I § 89. *Argumenti conclusio.* Acad. pr. II § 26: 'argumenti conclusio quae est Graece ἀπόθεσις, ita definitur: ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.' Quae vox sine circumlocutione legitur ibid. § 30 et 40, 'argumentum concludere' § 44. Verba *conclusio* et *concludere* sola frequenter in Ciceronis de philosophia libris reperiuntur; *conclusiuncula* Acad. pr. II § 75 'contorta et aculeata quaedam sophismata; sic enim appellantur fallaces *conclusiunculae*.' cf. Tusc. II § 42 'contortulis quibusdam et minutis *conclusiunculis*.' Talia sophismata sunt sorites sive *acervalis*, de quo jam supra diximus et *mentiens*. Div. II § 11:

¹⁾ vid. Zeller l. c. pag. 584.

'quo modo mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas.' cf. Acad. II § 147 'de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis et de sorite aut *pseudomeno* etc.' Nonius v. increpitat p. 329 fgmt. Halm-Orelli pag. 984: 'tune *pseudomenon* et soritam et totam dialecticam aut illudis aut increpas?' *Ignava ratio* Fat. § 28: 'nec nos impediet illa *ignava ratio* quae dicitur; appellatur enim quidam a philosophis ἀγρὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agimus in vita' cf. § 29: 'recte genus hoc interrogationis *ignavum* atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio.' *Perceptum* Fat. § 11: 'etenim si est divinatio, qualibusnam a *perceptis* artis profiscitur. *Percepta* appollo, quae dicuntur Graece θεωρίατα.' *Comparatio, proportio* Tim. cap. 4: 'id optime assequitur, quae Graece ἀναλογία, Latine — *audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur comparatio propiore dici potest.*'

Veniamus nunc ad res physicas et initium faciamus ab *elementis*. Acad. post. I § 26: 'ergo illa *initia* et, ut e Graeco vertam, *elementa* dicuntur.' Vox Graeca est στοιχεῖα. Latinum 'elementa' jam Lueretius saepius usurpavit; apud Ciceronem legitur etiam Fin. III § 19: 'sunt enim *quasi prima elementa* naturae etc.' de Or. I § 163 'puerorum *elementa*' cf. II § 45. Ait Heine ad Tusc. I § 22: 'Das Wort elementum vermeidet Cicero durch verschiedene Umschreibungen.' *initia* dicit Tusc. l. c. et § 42. V § 69; pariterque Acad. pr. II § 116. '*initia* mathematicorum.' cf. Acad. pr. II § 117: 'de *principiis* rerum, e quibus omnia constant.' Huc pertinent nomina stellarum N. D. II § 52: 'ea quae *Saturni stella* dicitur Φαίνωνque a Graecis nominatur.' '*Jovis stella*, quae Φαέθων dicitur.' § 53 '*Πνοέσις*, quae *stella Martis* appellatur.' '*stella Mercurii* Στίλβων appellatur a Graecis.' '*stella Veneris*, quae Φωσφόρος Graece, Latine dicitur *Lucifer*, quum antegreditur solem, quum subsequitur autem, 'Εσπερος.' De planetis vel stellis *errantibus* jam supra dictum est. De *cometis* cf. N. D. II § 14: 'stellis iis, quas Graeci *cometas*; nostri *cincinnatas* (alia lectio est *crinitas*) vocant.' Div. II § 88: '*signifero in orbē* qui Graece ζωδιακός dicitur etc.' cf. Tusc. I § 68: 'in eodem orbe in duodecim partes distributo.' *Globus, sphaera*. N. D. II § 47: 'ex solidis *globus* — sic enim σφαῖρα interpretari licet — ex planis autem *circulus* aut *orbis*, qui κύκλος Graece dicitur.' Apposite ad h. l. Schoemann ait: 'die Worte (sic enim etc.) deuten an, dass globus in dieser mathematischen Bedeutung zu Cicero's Zeit noch nicht allgemein gebräuchlich gewesen ist.' *Sphaera*, quo verbo jam Ennius (cf. Cic. de or. III § 162) et Cato usi sunt, apud Ciceronem legitur etiam Fat. § 15. N. D. II § 55 et 88; de adjektivo '*globosus*' cf. Tim. cap. 6. '*globosum* est fabricatus, quod σφαιροειδές Graeci vocant.' Reperitur apud Ciceronem etiam Rep. VI § 15. N. D. II § 49. 98. 116 jamque apud Pacuvium (Trag. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 104) et Attium (Ribbeck l. c. pag. 159); *australis* Tusc. I § 68: 'globum terrae eminentem e mari fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam nos incolimus altera *australis*, ignota nobis, quam vocant Graeci ἀρτίζοντα etc.' Usus est verbo '*australis*'. Cicero etiam Rep. VI § 21. N. D. II § 50; orbes *finientes* Div. II § 92: 'illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὄριζοντες nominabantur, a nobis *finientes* rectissime nominari possunt.' Graecum 'ζέντρον' Cicero exprimit dictione '*puncti instar*' Tusc. I § 49, ubi ait Heine: 'das Griechische Wort war zu

Cicero's Zeit noch nicht eingebürgert, Plinius sagt ohne Anstoss centrum.' Sic etiam '*fatum*' pro Graeco verbo *εἰμαρτυρένη* nondum in communem usum venisse videtur, id quod inde intelligitur, quod Cicero non modo Graecum vocabulum, verum etiam ejus explicationem addit. Div. I § 125: '*fatum* autem id appello, quod Graeci *εἰμαρτυρένη*, id est ordinem seriemque causarum, cum causae causa rem ex se gignat'; ac simili ratione legitur N. D. I § 55: 'hinc vobis exstitit primum illa *fatalis* necessitas, quam *εἰμαρτυρένη* dicitis, ut, quidquid accidat, id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis.' cf. Acad. post. I § 29. Ac pro Stoicorum *πρόνοια* substituit '*providentia*' N. D. I § 18: 'anum fatidicam, Stoicorum *πρόνοιαν*, quam Latine licet *providentiam* dicere.' ibid. II § 58: 'talis igitur mens mundi quum sit ob eamque caussam vel *prudentia* vel *providentia* appellari recte possit, — Graece enim *πρόνοια* dicitur —.' ibid. § 73: 'velut a te ipso hesterno die dictum est, anum fatidicam *πρόνοιαν* a Stoicis induci, id est *providentiam*.' cf. I § 20. 22. II § 160. Neque ad vocem '*divinatio*' quae quin in vita quotidiana pro 'scientia rerum futurarum' usurpata fuerit, dubium non videtur (cf. Rosc. Am. § 96) Graecum verbum atque interpretationem adjicere omittit. Div. I § 1: '*divinationem*, quam Graeci *μαντικήν* appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum.' Legg. II § 32: '*divinationem*, quam Graeci *μαντικήν* appellant, esse censeo.' N. D. I § 55: 'sequitur *μαντική* vestra, quae Latine *divinatio* dicitur.' cf. Div. I § 95. Pro Graeco '*δαιμονες*' proponit '*Lares*' Tim. cap. 11: quos Graeci '*δαιμόνας*' appellant, nostri, ut opinor, *Lares*, si modo hoc recte conversum videri potest. Socratis daemonium exprimit dictione '*divinum quiddam*' Div. I § 122: 'hoc nimur est illud, quod de Socrate accepimus quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, esse *divinum quiddam*, quod *δαιμόνιον* appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, saepe revocanti.'

Sed jam delati sumus in ea, quae ad *ethica* pertinere videantur, et pergamus ad id, quod Graeci *τέλος*, Cicero novo modo '*finis*' appellaverunt. cf. Beier ad Cie. Off. I § 5. Ait enim Fin. III § 26: 'sentis enim, credo, me jamdiu, quod *τέλος* Graeci dicunt, id dicere tum *extremum*, tum *ultimum*, tum *summum*; licebit etiam *finem* pro extremo aut ultimo dicere.' Atque hic finis est *summum bonum*.¹⁾ cf. Fin. I § 42: 'quoniam autem id est vel *summum* vel *ultimum* vel *extremum* bonorum — quod Graeci *τέλος* nominant — *quod ipsum nullum ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes* etc.' vid. § 11: 'id quod his libris quaeritur, qui sit *finis*, quid *extremum*, quid *ultimum*, quo sint *omnia* bene vivendi recteque faciendi consilia referenda, quid sequatur natura ut *summum ex rebus expetendis, quid fugiat ut extremum malorum?*' II § 5: 'hunc ipsum sive *finem* sive *extremum* sive *ultimum* definiebas id esse, *quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur.*' I § 29: 'quaerimus igitur, quid sit *extremum* et *ultimum* bonorum, quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut *ad id omnia referri debeat, ipsum autem nusquam.*' Aliis locis Cicero solum verbum '*finis*' usurpat: *finis bonorum* Fin. II § 4. IV § 14. 15. 28. 45. V § 24. Off. I § 7. V § 24. '*finis summi boni et ultimi*' Fin. IV § 25 cf. 26. 27. Fin. III § 48: 'qui illum

¹⁾ Citat Cicero Epicuri librum *περὶ τέλους* Tusc. III § 42: 'Totus liber, qui est de summo bono.'

bonorum finem, quod appellamus *extremum*, quod *ultimum*.’ V § 26: ‘*quasi finem et extremum*.’ Pluralem legimus Legg. I § 55: ‘*de finibus*.’ Off. I § 5: ‘*bonorum et malorum fines*.’ Acad. pr. II § 129: ‘*fines* constituendi sunt, ad quos et *bonorum et malorum summa* referatur.’ Fin. V § 15: ‘cognitis rerum *finibus* cum intelligitur, quid sit et bonorum *extremum* et malorum.’ § 17: ‘totius quaestionis ejus, quae habetur *de finibus bonorum et malorum*, cum quaeritur in his quid sit *extremum*, quid *ultimum*.’ Solum ‘*ultimum*’ est Fin. III § 25. IV § 33. cf. III § 30 ‘*summum bonum*, quod *ultimum* appello.’ Fin. I § 41: ‘*ultimum honorum*.’ Oppositum est ‘*summum malum*’ ‘*bonorum ultimum*’ Fin. III § 22. IV § 46: ‘*ultimum rerum appetendarum*.’ ‘*Extremum bonorum*’ reperitur Fin. I § 40. III § 31. Atque etiam conjuncta haec verba occurunt; sic Fin. I § 54: ‘*summum atque extremum bonorum omnium*.’ V § 25: ‘*extrema et summa*, quae quaerimus.’ V § 41: ‘*omnium rerum, quas expetimus, summum et ultimum*.’ Tusc. V § 71: ‘quid sit quod natura spectet *extremum* in bonis, quid in malis *ultimum*?’

Quum rigidiores Stoici ut Aristo Chius statuerent, ‘nihil differre aliud ab alio nec esse res ulla praeter virtutes et vitia, inter quas quidquam omnino interesset’ (Fin. IV § 47 cf. Legg. I § 55), alii etiam externa bona aestimatione (‘ἀξία’) digna esse concedebant; esse ea ἀδιάφορα quidem (*indifferentia* cf. supra s. v.) sed προηγμένα; quod verbum a Zenone inventum est. cf. Acad. post. I § 37. Fin. II § 43. III § 51. V § 90: ‘haec quidem’, ait Cicero Fin. III § 15: ‘*praeposita* recte et rejecta (ἀποπροηγμένα cf. supra s. v. *rejectaneus*) dicere licebit.’ Acad. post. I § 37 ‘quae essent sumenda, ex aliis alia pluris esse aestimanda, alia minoris. Quae pluris, ea *praeposita* appellabat, rejecta autem, quae minoris.’ Atque copiosius rem persequitur Fin. III § 52: ‘hinc est illud exortum, quod Zeno προηγμένον contraque quod ἀποπροηγμένον nominavit, cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis etc. Sed non alienum est, quo facilius vis verbi intelligatur, rationem hujus verbi faciendi Zenonis exponere. Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem — id est enim προηγμένον — sed eos, qui in aliquo honore sunt, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit, ad regium principatum, sic in vita non ea, quae priore loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, προηγμένα, id est *producta* nominentur; quae vel ita appellemus — id erit verbum e verbo — vel *promota* et remota, vel ut dudum diximus, *praeposita* vel *praecipua* et illa rejecta; re enim intellecta in verborum usu faciles esse debemus.’ cf. § 53 Fin. IV § 72: ‘ista, quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece προηγμένα, Latine autem *producta* — sed *praeposita* aut *praecipua malo*, sic tolerabilius et mollius — etc.’ Voces ‘*producta* et *praecipua*’ leguntur etiam Tusc. V § 47 *praepositum* Fin. III § 54. 56. 57. 69. IV § 20. 23. V § 90. Fin. IV § 73: ‘*praepositum* ex eo credo, quod *praeponatur* aliis.’ verbum ‘*praeponere*’ Fin. IV § 43 eodemque sensu ‘*anteponere*’ Fin. II § 38. III § 51. ‘*praeponenda*’ Fin. III § 56 V § 88; substantivum ‘*praepositio*’ Fin. III § 54. Verbum ‘*promota*’ quod l. c. III § 52. proposuit, alibi non legi. Sed alia verba ad candem rem significandam adhibuit: ‘*sumere*’ Fin. III § 59. IV § 72. ‘*sumenda*’ Acad. post. I § 36. 37. Fin. III § 57. 59. IV § 20. 46. V § 88. 90. Tusc. V § 76. ‘*adsumenda*’ Fin. IV § 43. ‘*legere*’ Fin. IV 40. 72. ‘*legenda*’ Fin. IV § 46. ‘*eligenda*’ Fin. II § 38. IV § 71. V § 88. 90. ‘*seligere*’

Fin. III § 31: substantivum ‘*selectio*’ quod hoc pertinet, occurrit Fin. II § 43. III § 12. 20. 31. IV § 43. 46. Verbum ‘*secernere*’ supra commemoravimus itemque de vocibus ‘*rejectaneus, rejectus*’ etc. jam expositum est. Atque hoc pertinent ‘*commoda et incommoda*; ‘ita enim’, ait Cicero Fin. III § 69: εὐχερστήματα et δυσχερστήματα appello.’ eodemque loco addit: ‘*commoda autem et incommoda* in eo genere sunt, quae *praeposita et rejecta* dicimus.’ Neque omittendum est verbum ‘*aestimatio*’ ἀξία. Fin. III § 34: ‘nam cum *aestimatio*, quae ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit nec rursus in malis etc.’ ibid. § 20: ‘quod aliquod pondus habeat dignum *aestimatione*, quam ille ἀξίαν vocat.’ Ac sine explicatione haec vox legitur: Acad. post. I § 36. Fin. III § 41. 44. 47. 51. 53. IV § 58.

Quum autem Cicero pro Zenonis invento ‘ποιημένον’ multa tentaret, quod Graeco vocabulo ‘ἡδονή’ responderet facilius reperit. Ait enim Fin. II § 13: ‘Ut scias me intelligere primum idem esse dico *voluptatem*, quod ille ἡδονή. Et quidem saepe quaerimus verbum *Latinum par Graeco et quod idem valeat, hic nihil fuit, quod quaereremus*. Nullum inveniri potest, quod magis idem declareret Latine, quod Graece, quam declaret *voluptas*. Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, laetitiam in animo, commotionem jucunditatis in corpore etc.’ cf. II § 8: ‘omnes jucundum motum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονή, Latine *voluptatem* vocant.’ vid. Fin. III § 35. Pro Graeco verbo ‘ὄρη’ a Cicerone tum ‘*appetitus*’, tum ‘*appetitio*’ substituta reperiuntur; et illud quidem his locis: Off. I § 101: ‘duplex est vis animorum atque natura, una pars in *appetitu* posita est, quae est ὄρη Graece, quae hominem hue et illuc rapit.’ cf. § 102. Fin. V § 17: ‘*appetitum* animi, quem ὄρη Graeci vocant.’ Sed non raro hoc verbo sine ulla explicatione utitur cf. Fin. V § 24, Off. I § 102. 105. 132. 141, Div. I § 70, Fat. § 40, Off. I § 11; ac de bestiis N. D. II § 34. 122. *Appetitio* legitur Acad. pr. II § 24: ‘nam aliter *appetitio* — eam enim volumus esse ὄρη —, qua ad agendum impellimur et id appetimus, quod est visum, moveri non potest.’ Fin. III § 23: ‘*appetitio* animi, quae ὄρη Graece vocatur, non ad quodvis genus vitae, sed ad quandam formam vivendi videtur data.’ IV § 39: ‘naturalem *appetitionem*, quam vocant ὄρη’ cf. § 32, N. D. III § 33. N. D. II § 58: ‘*appetitiones* quas ὄρη Graeci vocant etc.’ Off. II § 18: ‘cohibere motus animi turbatos, quos Graeci πάθη nominant, *appetitionesque*, quas illi ὄρη, obedientes efficere rationi.’ Praeterea eadem significacione¹⁾ nude positum legitur: Acad. pr. II § 26. 30. 108, Fin. III § 49, IV § 25. 32. 34. 42. 47. 58. 78, Tusc. III § 24, IV § 22. 34, N. D. III § 33, Fat. § 9, Off. I § 13, III § 30, Top. § 62. 63. Idem quod *appetitio* significat Tusc. III § 17: ‘*motus animi appetentis*.’ Huc referendum est quod legitur Tusc. IV § 12: ‘natura omnes ea, quae bona videntur, sequuntur fugiuntque contraria, quamobrem simul objecta species est cujuspiam, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id cum constanter prudenterque fit, ejusmodi *appetitionem* Stoici βούλησι appellant, nos appellemus *voluntatem*.’ *Appetitio* nos dicit ad *perturbationem*, quod verbum Cicero pro Graeco ‘πάθος’ posuit; sed quod Latino vocabulo rem melius quam Graeco significari dicit, eum falli²⁾ interpres Tuscul. recte monuerunt.

¹⁾ Propria significatu *appetitio* semel occurrit Div. I § 46.

²⁾ Idem valet, quod Cicero dicit Tusc. II § 35 de nominibus ‘labor’ et ‘dolor’ et Graeco ‘πόνος’: ‘haec

cf. Tusc. III § 23: 'praeclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem propter similitudinem corporum aegrorum aegritudinem nominaverunt. Hoc propemodum verbo Graeci omnem animi *perturbationem* appellant; vocant enim πάθος, id est *morbū*, quicunque est motus in animo turbidus, *nos melius* etc.' Fin. III § 35: 'nec vero *perturbationes* animorum, quae vitam insipientium miseram acerbamque reddunt quas Graeci πάθη appellant, *poteram ego, verbum ipsum interpretans, morbos appellare, sed non conveniret ad omnia*; quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? at illi dieunt πάθος; sit igitur *perturbatio*, quae nomine ipso vitiosa declarari videtur.' Tusc. III § 7: 'A. Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo. M. Num reliquae quoque *perturbationes* animi, formidines, libidines, iracundiae? Haec enim fere sunt ejusmodi, quae Graeci πάθη appellant; *ego poteram morbos, et id verbum esset e verbo, sed in consuetudinem nostram non caderet.* Nam misereri, invidere, gestire, laetari, haec omnia *morbos* Graeci appellant,¹⁾ motus animi rationi non obtemperantes, nos autem hoc eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, *perturbationes* dixerimus, *morbos* autem non satis usitate.' Tusc. IV § 10: 'quae Graeci πάθη vocant, nobis *perturbationes* appellari magis placet quam *morbos*' ibid. § 11: 'est igitur Zenonis haec definitio, ut *perturbatio* sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione contra naturam animi commotio.'²⁾ Off. II § 18: 'cohibere *motus animi turbatos*, quos Graeci πάθη nominant.' Hoc loco pro *perturbationibus* substituit *motus animi turbatos* similiterque dicit Tusc. IV § 10 '*motus turbidos*' et ibid. § 34 *perturbationes* explicantur: '*turbidi animorum concitatique motus*' cf. Orat. part. § 71. 76. 79, Off. I § 131. 132. Ac saepe Cicero ad motos animi significandos verbum '*perturbatio*' adhibuit. cf. Acad. post. I § 38. 39, Rep. I § 28, Fin. III § 35, Div. I § 62, II § 2. 114, Tusc. III § 7. 24; in libro quarto Tusc. disp. permultis locis; Inv. II § 19, Brut. § 278, Or. § 118, Top. § 62. 64, Orat. part. § 43. Interdum ut eandem rem exprimeret, usus est verbo '*permotio*' cf. Acad. pr. II § 135. 142. His adjungendus est locus ille Tusc. III § 11: 'Graeci autem πανιαν unde appellant non facile dixerim, eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi. Hanc enim insaniam, quae juncta stultitia patet latius, a furore disjungimus. Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos *furorem, μελαγχολιαν* illi vocant etc.' 'Ex perturbationibus,' ut ait Cicero Tusc. IV § 23 'primum *morbi* conficiuntur, quae vocant illi *νοσηματα* etc.; deinde *aegrotationes*, quae appellantur a Stoicis ἀδόκωσιμα. vide Heine de font. Tusc. disp. pag. 17. Perturbationes concitantur ex *vitirositate* Tusc. IV § 34 '*vitirositas*'—sic enim malo quam *malitiam* appellare eam, quam Graeci πακτιαν appellant, nam *malitia* certi cuiusdam vitii nomen est, *vitirositas omnium*—' cf. ibid. § 29: '*vitirositas* est habitus aut affectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens.' vide Heine ad h. l. Huic contraria est *virtus* '*affectio animi constans conveniensque*' Tusc. IV § 34, ἀπάθεια illa Pyrrhonis Acad. pr. II § 130: 'ea (res medias) ne sentire quidem sapientem, quae ἀπάθεια nominatur;' vel Democriti σύνημα et ἀθαυβία, cf. Fin. V § 23: 'Democriti securitas, quae est animi

duo (labor et dolor) Graeci illi, quorum copiosior est lingua quam nostra, uno nomine appellant.' cf. Heine ad h. l. Vide etiam Tusc. III § 11. 16.

¹⁾ cf. Tusc. III § 13 'de omni animi, ut ego posui, *perturbatione — morbo*, ut Graeci volunt — explicabo.'

²⁾ cf. Tusc. IV § 61, V § 42, de Inv. II § 19.

tamquam tranquillitas, quam appellavit *εὐθυμίαν*.¹⁾ ibid. § 87: ‘Ille summum bonum εὐθυμίαν et saepe ἀθαυδίαν appellat, id est, *animum terrore liberum*.’ Quattuor esse virtutes constat, quas cardinales appellare solemus; quoniam autem in significandis tribus: • *prudentia, fortitudine, justitia* Cicero iisdem nominibus uti solet (cf. Fin. V § 67, Tusc. II § 31, cl. Off. I § 14 sqq.; at vide Off. I § 61 sqq.), hic dicendum est de una *σωφροσύνη*. Recte ait Beier ad Cic. Off. I § 17: ‘deerat in linguae Latinae copiis vox, qua exhaudiretur vis *σωφροσύνης*. Quapropter pluribus eam nominibus effert Cicero etc.’ Imprimis autem hue pertinet locus ille Tusc. III § 16: ‘veri etiam simile illud est, qui sit *temperans* — quem Graeci *σωφρόνια* appellant eamque virtutem *σωφροσύνην* vocant, quam soleo equidem tum *temperantiam* tum *moderationem* appellare, nonnunquam etiam *modestiam*, sed haud scio an recte ea virtus *frugalitas* appellari possit, quod angustius apud Graecos valet, qui *frugi* homines *χρεούσιον* appellant, id est tantummodo utiles; at illud est latius, omnis enim *abstinentia*, omnis *innocentia* — quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest *ἀβλάψειαν*, nam est innocentia affectio talis animi, quae noceat nemini — reliquas etiam virtutes *frugalitas*¹⁾ continet.’ cf. § 36: ‘aderit *temperantia*, quae est eadem *moderatio*, a me quidem paulo ante appellata *frugalitas*, quae te turpiter et nequiter facere nihil patietur.’ IV § 36: ‘ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum *moderatum* alias *modestum*, tum *temperantem*, alias constantem continentemque dicimus, nonnunquam haec eadem vocabula ad *frugalitatis* nomen tamquam ad caput referre volumus.’ Off. III § 96: ‘reliquae sunt duae partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine et praestantia cernitur, altera in conformatione et *moderatione continentiae et temperantiae*.’ Off. III § 116: ‘restat quarta pars, quae decore, *moderatione, modestia, continentia, temperantia* continetur.’ Fluctuat igitur, ut videmus, Cicero atque incertus est, quo Latino verbo Graecum *σωφροσύνη* exprimat tentaque plura; ac primum quidem *temperantia*, quod praeter eos, quos protulimus, locos eodem sensu usurpat etiam hisce: Fin. I § 47: ‘*temperantia* est enim, quae in rebus aut expeditis aut fugiendis, ut rationem sequamur, monet.’ cf. § 48, II § 60: ‘transfer idem ad modestiam vel *temperantiam*, quae est *moderatio cupiditatum rationi obediens*.’ cl. V § 67, Tusc. II § 31, IV § 22. 30, V § 42. 57, N. D. III § 38, Off. I § 98, Inv. II § 164.²⁾ Part. or. § 76. 77. 81. *Intemperantia* (*ἀνοάτεια*) legitur: Acad. post. I § 39, Tusc. IV § 22, Off. I § 122. 123 pro Cael. § 25. Praeterea usus est verbo ‘*moderatio*’ Fin. I § 64.³⁾ II § 47, IV § 11, Tusc. IV § 37, V § 101, Off. I § 17. 98. 102. 152. ‘*temperantia et moderatio*’ conjuncta leguntur Tusc. IV § 34, Off. I § 96. 143. Nunc dicendum est de ‘*modestia*’,⁴⁾ quo in verbo, ut ait Cicero Off. I § 142 ‘modus’ inest ac pergit eodem loco: ‘definitur a Stoicis, ut *modestia* sit scientia rerum earum, quae aguntur

¹⁾ Dejot. § 26 ‘ego tamen *frugalitatem*, id est *modestiam* et *temperantiam* virtutem maximam judico.’

²⁾ ‘*Temperantia* est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio.’

³⁾ Madvig ad h. l. ait: ‘maluit hoc Cicero quam *temperantiam* dicere, quod *sedatio* praecedebat.’

⁴⁾ Auct. ad Her. III § 3: ‘*modestia* est in animo continens *moderatio cupiditatum*.’ cf. Nonius pag. 777, 38: ‘*Modestia* est fundamentum, soliditas, basis ipsa virtutis, ex qua gignitur *moderatio*, quae temperat aurigatque modos.’ Cic. Inv. II § 164: ‘*Modestia*, per quam pudor honesti curam et stabilem comparat auctoritatem.’

aut dicentur, loco suo collocandarum.' Sed haec est εὐταξίας species, quam Cicero necessitate cogente, quoniam proprium nomen non habet, generali nomine '*modestia*' significat; vid. intpp. ad. h. l. Pergit autem eo, quem attulimus, loco: 'ita videtur eadem vis ordinis et collocationis fore. Nam et ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis, locum autem actionis opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunum Graece εὐκαιρία, Latine appellatur *occasio*.¹⁾ Sic fit, ut *modestia haec, quam ita interpretamur*, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.' Pro Graeca voce 'σωφροσύνη' usus est hoc verbum Cicero Fin. II § 60, Tusc. I § 64; conjunctum cum *temperantia* Off. I § 14. 93. *Moderatio* et *modestia* conjuncta reperiuntur Off. I § 159. Huc pertinet etiam *continentia*, quae Cicero Div. II § 164 ita explicat: '*continentia* est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.' Cum nominibus: '*moderatio, modestia, temperantia*' hoc collatum reperimus eo, quem supra attulimus, loco Off. III § 116. Praeterea legitur hoc sensu Off. II § 86, Rep. I § 2, de Or. I § 67; et cum *abstinentia* conjunctum Off. II § 77 cf. § 76. Verbo *incontinentia* una cum *intemperantia* Cicero usus esse videtur uno loco: pro Cael. § 25. Haec de virtute. Sed *e virtute*, ut ait Cicero (Fin. II. § 37) vel *cum virtute* (Fin. III § 29) vivere, id est *honeste* vivere. cf. Off. III § 13. Verbo '*honestum*' Cicero semper reddidit Graecorum 'χαλόν.'²⁾ Atque cum honesto cohaeret 'id, quod dici Latine *decorum* potest, Graece enim πρέπον dicitur.' Off. I § 93;³⁾ eodemque loco sic pergit: 'hujus vis ea est, et ab honesto non queat separari.'⁴⁾ Nam et quod decet honestum est et quod honestum est decet.' § 94: 'qualis autem differentia sit *honesti* et *decori*, facilius intelligi quam explanari potest. Quidquid est enim quod deceat, id tum appareat, cum antegressa est honestas etc.' cf. Fin. II § 45, III § 14: 'si una virtus, unum istud, quod *honestum* appellas, rectum, laudabile, *decorum* — erit enim notius quale sit *pluribus notatum vocabulis idem declarantibus* — etc. aut si nihil malum nisi quod turpe, *inhonestum, indecorum*, pravum, flagitiosum, foedum — ut hoc quoque *pluribus nominibus insigne faciamus* — etc.' cf. Off. I § 94. Accedimus nunc ad *officium*. Quum Cicero libros de officiis absolvisset, inscriptio offenderat Atticum, cui ille respondet (Att. XVI 11 § 4): quod de inscriptione quaeris, non dubito, quin ςαθῆκον *officium* sit, nisi qui tu aliquid, sed inscriptio plenior *de officiis*. Atque iterum eadem de re loquitur (Att. XVI 14 § 3) his verbis: 'mihi non est dubium, quin, quod Graeci ςαθῆκον, nos *officium*. Id autem, quid dubitas? quin etiam in rem publicam praecclare caderet. Nonne dīcimus consulis *officium*, senatus *officium*? Praecclare convenit, aut da melius.' Utcumque est, causam fuisse apparent, cur Atticus dubitaret, num Latinum verbum Graecorum ςαθῆκον satis exprimeret. Ut Stoici quanquam omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute ponerent (Acad. pr. I § 35) neque esse bonum dicerent nisi quod honestum esset, tamen etiam externa bona — ἀδιαγόρα

¹⁾ cf. Fin. III § 45 'opportunitas — sic enim appellemus εὐκαιρίαν — non fit major productione temporis.'

²⁾ vid. H. Ritter Geschichte der Philosophie, tom. IV. pag. 163 sq.

³⁾ Or. § 70: 'Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre, πρέπον hoc appellant Graeci, nos dicamus *decorum*.'

⁴⁾ cf. Fin. II § 35: 'in *decore*, id est in *honestate*' ubi Madvig ait: 'decus saepius pro *honesto* dixit, ut hoc libro § 44. 56, Legg. I § 55; alibi 'decus *honestatis*'; at vide Tusc. II § 31. 46, Off. II § 9.

media — quadam aestimatione dignanda concedebant, ita duplex officium statuebant, perfectum illud, quod ad summum bonum pertineret et in sapientem solum caderet, et *medium*, quod ad usum vitae communis in omnes partes conformandum spectaret (cf. Beier ad Cie. Off. tom. I p. 314 sq. Madvig ad Fin. p. 446). Illud superius, quod Stoici *κατόρθωμα* vocant, Cicero *rectum*¹⁾ vel *recte factum* reddit. Fin. III § 24: ‘quae nos aut recta aut recte facta dicamus, si placet, — illi autem appellant *κατόρθωματα* — omnes numeros virtutis habent.’ § 45. ‘recta effectio — *κατόρθωσιν* enim ita appello, quoniam *rectum factum κατόρθωμα* — etc.’ IV § 14 ‘illud enim *rectum* est — *κατόρθωμα* dicebas — contingitque sapienti soli.’ Off. I § 8.²⁾ ‘perfectum officium *rectum*, opinor, vocemus, quoniam Graeci *κατόρθωμα*, hoc autem commune officium vocant.’ Ac vide Off. III § 14: ‘illud officium, quod *rectum* iidem (Stoici) appellant, perfectum atque absolutum est, et ut iidem dicunt, omnes numeros habet nec praeter sapientem cadere in quemquam potest.’ *Rectum* opponitur officio Or. § 72: ‘hunc locum longe et late patentem philosophi solent in *officiis* tractare — non cum de *recto* ipso disputant, nam id quiddam unum est.’ cf. Fin. V § 69. Graecorum *καθηγον* exprimit Cicero Latino verbo ‘*officium*’. Fin. III § 20: ‘primum est *officium* — id enim appello *καθηγον* —.’ cf. locos illos, quos supra ex epistolis ad Atticum attulimus. Sed ut Graece *καθηγον* ita Latine *officium* dupliciter dicitur,³⁾ aut generali sensu, ut etiam *τὸ κατόρθωμα* — *rectum* — comprehendat (cf. Off. III § 14), aut artiore, ut medium vel commune officium significet. cf. Or. § 72, quem locum supra citavimus; Acad. pr. I § 37: ‘inter *recte factum* atque peccatum *officium* et *contra officium media* locabat quaedam, *recte facta* sola in bonis actionibus ponens, prave, id est peccata, in malis, *officia* autem servata praetermissaque *media* putabat.’ Fin. III § 58: ‘sed quum, quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus, consentaneum tamen est fungi *officio*, cum id *officium nec in bonis ponamus nec in malis*. Est enim aliquid in his rebus probabile, et quidem ita, ut ejus ratio reddi possit, ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi possit; est autem *officium*, quod ita factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi possit, ex quo intelligitur, officium *medium quiddam esse, quod neque in bonis ponatur neque in contrariis*.’ Ac paulo post pergit: ‘Quod autem ratione actum est, id *officium* appellamus. Est igitur *officium* ejus generis, *quod nec in bonis ponatur nec in contrariis*.’ § 59: ‘ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis, ex quo efficitur, versari in iis, quae *media* dicamus.’ Off. III § 14: haec enim *officia*, de quibus his libris disputamus, *media* Stoici appellant, ea *communia*⁴⁾ sunt et late patent.’ § 16: ‘haec igitur *officia*, de quibus his libris disserimus, *quasi secunda quaedam honesta* esse dicunt, non sapientium modo propria, sed cum omni hominum genere communia.’ Etiam *mediocritatem officiorum* dixit Tusc. III § 11; idemque valet *officia vitae* Fin. IV § 68. Atque ut *κατόρθωμα* officium *perfectum*, ita *καθηγον in-*

¹⁾ cf. Auct. ad Her. III § 3: ‘*Rectum* est, quod cum virtute et officio fit.’

²⁾ Hanc paragraphum delevit Unger, quem Baiter et Heine secuti sunt.

³⁾ cf. Zumpt ad Off. I § 8.

⁴⁾ *Commune officium* nunquam in arte pro *medio* dictum esse tamquam proprium nomen recte monuit Madvig ad Cie. Fin. pag. 450.

choatum vocavit Fin. IV § 15: ‘hoc *inechoati cuiusdam officii* est, non *perfecti*, quod cadere in nonnullos insipientes potest.’

Quae postremo loco propositae sunt a nobis dictiones, eae ad ethicam pertinent; adjiciamus his nonnullos, quae ad peculiarem quandam philosophiae partem non sunt referendae. Exordiamur a voce *εἰρωνεία*, quam Cicero verbis ‘*dissimulatio* et *dissimulantia*’ reddidit. Acad. pr. II § 15: ‘libenter uti solitus est ea *dissimulatione*, quam Graeci *εἰρωνείαν* vocant.’¹⁾ De Or. II § 270: ‘Graeco eum verbo appellat *εἰρωνεία*, sed uti ferunt, qui melius haec norunt, Socratem opinor in hac ironia *dissimulantiaque* longe lepore et humanitate omnibus praestitisse.’ Graeco verbo, Latino non adjuneto, usus est etiam Brut. § 292 et Acad. post. II § 74. Pro nomine ‘*εἰρωνεία*’ Cicero substituit non ‘dissimulator’ sed ‘*simulator*’ Off. I § 108: ‘de Graecis autem dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione *simulatorem*, quem *εἰρωνεία* Graeci nominarunt, Socratem accepimus.’ vid. Heusinger ad h. l. Graecum verbum posuit de Or. II § 270 et Brut. § 299. Παράδοξα Cicero expressit verbis ‘*admirabilia*’ et ‘*mirabilia*’. Parad. § 4: ‘quae quia sunt *admirabilia contraque opinionem omnium* — ab ipsis etiam *παράδοξα* appellantur — etc.’ Fin. IV § 74: ‘haec *παράδοξα* illi, nos *admirabilia* dicamus.’ Acad. pr. II § 136: ‘sunt enim Socratica pleraque *mirabilia* Stoicorum, quae paradoxa nominantur.’ cf. Fin. III § 48: ‘haec *mirabilia* videri intelligo.’ Graecum ‘*πολιτικός*’ Cicero convertit verbo ‘*civilis*’ Fin. IV § 5: ‘illum locum, quem civilem recte appellatur videmur — Graeci *πολιτικόν* — etc.’; atque addito adjektivo ‘*popularis*’ Fin. V § 66: quum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam ingenitum *quasi civile atque populare*, quod Graeci *πολιτικόν* vocant etc.’ cf. Leg. III § 14. Adverbium *populariter* adhibet ad exprimendum Graecum ‘*ἐξωτερικός*’ Fin. V § 12: ‘de summo bono-quia duo genera librorum sunt, unum *populariter* scriptum, quod *ἐξωτερικόν* appellabant, alterum limatus, quod in commentariis reliquerunt.’ cf. Madvig ad h. l. Στρατήγημα explicavit *consilio imperatorum* N. D. III § 15: ‘consilium illud imperatorum fuit, quod Graeci στρατήγημα appellant; cf. ad Att. V 2 § 2. Αποφθέγματα reddidit *facete dictis* Off. I § 108: multa multorum *facete dicta*, ut ea, quae a sene Catone collecta sunt, quae vocamus *ἀποφθέγματα*.’

Congessimus magnum numerum talium verborum, quae quoniam metuebat Cicero, ne minus probarentur vel potius offensionem moverent, translata in usum convertit ita, ut molliendae et excusandae causa adjiceret quandam explicationem; quam ad nonnulla vocabula semel vel iterum addidit, postea, cum quae nova jam erant, esse desinerent frequentiore usu, omittere non dubitavit; aliis quia dura videbantur, nisi adjuncta ea excusatione fere nunquam usus est. Quum autem imprimis id ageret, ut quae ex interiori quasi quadam disciplina repetita et a vulgi intelligentia remota proposuit, essent dilucida et a civibus suis intelligenterunt, non raro, ut ait ipse Fin. III § 55²⁾ ‘placuit, *pluribus verbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intelligatur.*’ cf. ibid. § 15 ‘equidem soleo etiam, *quod uno Graeci, si aliter non possum, idem pluribus exponere.*’ Sic ut omittamus vocabula *dialectica*, *physica* etc. multis verbis usus ad exprimendum

¹⁾ cf. de Or. I § 275: ‘Valde haec ridentur et hercule omnia, quae a prudentibus quasi per *dissimulationem* non intelligendi subabsurde salseque dicuntur.’

²⁾ Hoc loco verbum *relaxá* verbis ‘*ad illud pertinentia*’ reddidit.

verbum ‘ἀντίποντας’ Acad. pr. II § 123: ‘dicitis esse e regione nobis in contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis.’ Vide Orat. § 128: ‘alterum est, quod Graeci ἡθιζόν vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum, alterum quod eidem παθητικόν nominant, quo perturbantur animi et concitantur.’ Acad. II § 130: ‘in his rebus (i. e. in rebus mediis) neutram in partem moveri quae ἀπάθεια nominatur.’ Fin. V § 87: ‘ἀθαυμίαν appellat id est animum terrore liberum.’ Fin. III § 32: ‘sed in ceteris artibus quum dicitur artificiose, posterum quodammodo et consequens putandum est, quod illi ἐπιγεννηματικόν appellant.’ Acad. II § 38: ‘nam quomodo non potest animal ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat — Graeci id οἰκεῖον appellant — etc.;’ cf. Madvig Fin. pag. 830. Notandus est ob longiorem interpretationem verbi εὐταξίας etiam locus ille Off. I § 142, quem jam supra attulimus.

Quanta autem celeritate vel festinatione libros ad philosophiam pertinentes Cicero conscripsit, supra vidimus; quum accedat, quod ipse res subtiliores saepius parum acute et distincte perspexit, eum non raro in graves errores incurrisse non mirum est; cuius rei vel illustrissimum exemplum est illud, quod Aristoteli tribuit Tusc. I § 22: ‘quintum genus adhibet vacans nomine et sic ipsum animum ἐνδελέχειαν appellat novo nomine quasi quandam continuatam motionem et perennem.’ A Cicerone hic vehementer erratum aut eum ab alio in errorem inductum esse apparet. cf. Madvig ad Cic. Fin. p. 501. Paulo ante dixit, Aristotelem censere ‘quintam quandam naturam esse, e qua sit mens.’ Sed hoc quintum elementum, quod ‘vacans nomine’ perperam dicit Cicero, ab Aristotele significatur αἰθήρ, ex quo astra existunt. Ac praeterea ab isto ἐνδελέχεια καὶ ἐντελέχεια confunditur; ἐνδελέχεια eum scripsisse intelligitur explicazione adhibita ‘continuatam motionem et perennem.’ Sed ab Aristotele animum πρώτην ἐντελέχειαν significatum eique omnem motum denegatum esse constat. Sed satis dictum est de hac re.

Interdum Cicero non satis habuit pro Graeco aliquo verbo unum Latinum substituere; duo vel plura eum proferre reperimus. ‘Erit enim notius’, ait Fin. III § 14, ‘quale sit, pluribus notatuli vocabulis idem declarantibus.’ Sic e. c. pro προλήψι proposuit N. D. I § 44. *anticipationem* et *praelectionem*, pro ἐννοίᾳ Fin. III § 21. *intelligentiam* et *notionem* vel *notitiam* (Acad. pr. II § 22), pro συγκαταθέσει Acad. pr. II § 37. *ad-sensionem* atque *approbationem*, pro ἐναργείᾳ Acad. pr. II § 17 *perspicuitatem* et *evidentiam*, pro ψαταλήψι ibid. *cognitionem*, *perceptionem* vel, ut ait, ‘si verbum e verbo volumus’ *comprehensionem*; pro ἀναλογίᾳ Tim. cap. 4. *comparationem* et *proportionem*. Verbum προγμένων reddidit Fin. III § 51 verbis: ‘productum, promotum, praespositum, praecipuum’, σωφροσύνην his verbis: ‘temperantia, moderatio, modestia, continentia’; cf. Tusc. III § 16. Off. III § 116; τέλος vocabulis: *extremum, ultimum, summum, finis*’ cf. Fin. III § 26.

Veniamus nunc ad tertium disputationis nostrae locum ad Graeca vocabula, quae Cicero recepit. Non loquimur de iis, quae quoniam utraque lingua sine dubio eandem originem habuit, utriusque sunt communia. Graecarum autem vocum sententiarumque quanta copia Graecorum Romanorumque contagione jam aliquanto ante Ciceronis aetatem in urbe invaluerit inter omnes constat, neque Ciceronem ejusque aequales ab eorum usu suo loco

abstinuisse illius epistolae satis ostendunt. Sed quod in sermone familiari sibi licere arbitrabatur, longe aberat ut idem ad reliqua scribendi genera transferret. Etenim eorum qui orationem peregrinis vocibus adhibitis ornari opinabantur, perversam rationem adeo aspernatus est, ut, quantum potuit, peregrinitatem fugeret et linguam vernacula puram incorruptamque servare enixe studeret. ‘Sermone eo’, ait Off. I § 111 ‘debemus uti, qui natus est nobis, ne, ut quidam Graeca verba inculcantes jure optimo rideamur;’ cui dicto congruit id quod legitur Tusc. I § 15: ‘scis enim me Graece loqui in Latino sermone non plus solere quam in Graeco Latine.’ Atque in orationibus quidem ad populum habitis quoniam omnia, quae intelligentiae et consuetudini communi adversari videbantur, caute diligenterque fugiebat,¹⁾ peregrina verba pauca reperiuntur; qua de re Naegelsbach in eo libro, qui inscribitur: Lat. Stistik pag. 16 sqq. ed. II pluribus exposuit, sed rem non exhaustus; unde apparet, Graeca verba ab oratore non esse usurpata nisi quae in omnium ore essent usuque trita; in iis videlicet orationibus, quae res Graecas tractant ut Verrinae aliaeque saepius occurrunt. Aliter res se habet in libris iis, qui in parte aliqua doctrinae versantur et ad eruditiorum usum scripti erant. Veruntamen ne in his quidem scriptis eum temere Graecis vocabulis usum esse intelligitur ex iis, quae supra de novis et translatiis verbis exposuimus. Ac praeter ea, quae a nobis commemorata sunt, novata vocabula non pauca reperiuntur ab eo sine admonitione quadam usurpata.²⁾ Quae quum singillatim tractare instituerimus, nonnulla hoc loco afferre sufficiat. Sic reddidit Graecum μεταξόσμια Latine *intermundia*. Fin. II § 75. N. D. I § 18. cf. Div. II § 40 et Madvig ad Fin. I. c. Ad exprimendum ζώσμον formavit *mundanum* Tusc. V. § 108. Graeca verba συμπόσιον et σύνδεσινον Latinis ‘*compotatio*’ et ‘*concenatio*’ convertit Cat. § 45: ‘bene enim majores accubitionem epularem amicorum, quia vitae conjunctionem haberet, *convivium* nominaverunt, *melius quam Graeci*, qui hoc idem tum *computationem*, tum *concentrationem* vocant etc.’ cf. ad Fam. IX 24 § 3: ‘nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus, *ut sapientius nostri quam Graeci*, illi συμπόσια aut σύνδεσιν id est *computationes* aut *concentrationes*, nos *convivia*, quod tum maxime simul vivitur.’ Pro Graeco εὐδαιμονίᾳ tentavit *beatitas* sive *beatitude* N. D. I § 95, sed addit: ‘utrumque omnino durum, sed usu mollienda verba sunt;’ alibi pro ea circumlocutionibus usus est, ut Fin. V § 12 ‘Theophrasti de *beata vita liber*’ cf. § 85 (περὶ εὐδαιμονίας Diog. Laert. V 43) cf. Fin. V § 23. 58. 83. Tusc. V § 13. 14. multisque aliis locis; cf. *ad beate vivendum* Tusc. V § 19. 71. Pro Graeco ἔξις Latinum ‘*habitus*’ ac pro ‘*διάθεσις*’ ‘*affectio*’ posuit Tusc. IV § 29; cf. § 34. V § 41 et Heine de font. p. 18; Stoicorum οἰκεῖωσις convertit verbo ‘*conciliatio*’ Fin. III § 21 vel ‘*commendatio*’ Fin. II § 35. V 40. 46. Pro verbo οἰκεῖον legitur Fin. III § 16: *conciliari* et *commenduri*; τὸ ἀπειρον est *infinitas* Acad. II § 118; σύλλογισμός et ἀπόδειξις est *conclusio* Acad. pr. II § 67. Fin. III § 27. IV § 8. Tusc. V § 47. *conclusio rationis* Fin. I § 30. Div. II § 101. Idem valet *interrogatio* Fat. § 29; verbum ‘*interrogare*’ hoc sensu reperitur ibid. § 22. Cum contemtione quadam usus est ‘*interrogatiuncula*’ Fin. IV § 7. Parad. § 2. Quod legitur

¹⁾ cf. Off. II-§ 35: ‘popularibus verbis est agendum et usitatis, cum loquimur de opinione populari.’

²⁾ cf. Naegelsbach. I. c. pag. 17 sq.

Fin. I § 39: 'illum in hac esse *rogatiuncula* delectatum.' emendandum videtur sic: illum
hac esse *interrogatiuncula* delectatum.' Quum Graecum ἔξεδρα legatur Fin. V § 4. N. D.
I § 15 de Or. III § 17, verbo Latino '*sessio*' usus est Fin. V § 2 de Or. II § 20; pro
Graeco 'συνειμαρένος' novum adjективum *confatalis* formavit Fat. § 30; εὐπόροτος ex-
pressit adjektivo 'parabilis' Fin. I § 46. II § 90. 91. Tusc. V § 93. In Timaeo cap. 4
legitur pro Platonico 'ὅρατόν' *adscriptabile*, pro ἀπτῷ *tractabile*; Platonis μορογενής redditur
'unigena'; et cap. 11 ἄλιτα 'indissolubilia' cap. 2: σῶμα ἔχων *corporatus*.¹⁾ Sed satis
haec sunt, ut intelligatur quam diligenter et religiose Cicero id egerit ut Latini sermonis
integritatem servaret et quod Latine dici posset, Latine diceret; etiamsi non omnia, quae
tentavit ac formavit, probata fuerunt atque in communem usum venerunt, tamen volun-
tatem esse probandam nemo est, qui neget.

Quamquam igitur Cicero inutilem et absurdum peregrinorum verborum usum valde
reformidabat, tamen non erat tanta morositate, ut quae vocabula foris petita essent, omnibus
expulsis domesticas voces quamvis perverse ac ridicule formatas praeferret aut verbosis
circumlocutionibus rem obscurare quam verbo peregrino adhibito illustrare mallet. Vix
verbo opus est attingere, eum sine ulla dubitatione verbis usum esse iis, quae Graeca
aut Graeca origine sed Romana prorsus jam facta ac diu usu percepta essent.²⁾ Huc
pertinent, quae jam apud Plautum reperiuntur, inter alia *epistola*, *aucta*, *poena*, *plaga*,
nervus, *stomachus*, *syllaba*, *hora* (uno loco N. D. II § 97 idem significat hoc verbum
quod *horologium*), *navis* et *nauta*; adjективum *nauticus* legitur N. D. II § 152, Pomp.
§ 15. *Astrum* occurrit permultis locis (etiam in oratt. Verr. V § 27); *astrologus* legitur
jam apud *Ennium* cf. Cic. Rep. I § 30, Ribbeck Tragic. Lat. reliq. pag. 35, Enn. rec.
Vahlen pag. 123:

Achilles

Astrologorum signa in coelo quaesit, etc.

Apud Ciceronem reperies Div. I § 12. 85. 132, II § 88, Fat. § 12 (etiam in oratt. Verr.
II § 129 et in epp. Fam. VI 6 § 7); *astrologia* usus est Cicero his locis: Fin. I § 17, IV
§ 13, N. D. I § 73, Div. II § 87. 88, Off. I § 19, Rep. I § 22, de Or. I § 69. 187 et eandem
significationem habet, quam apud Senecam astronomia. *Pompa* legitur Fin. V § 48, Tusc. IV
§ 48, V § 91, Off. I § 131. (In oratt. pro Mil. § 33 in Pis. § 24; de ea, quam habet hoc
verbum in libris rhetoriciis, vi cf. Naegelsbach l. c. pag. 395.) Praeterea commemoranda
sunt haec verba: *pirata* utitur Off. III § 49. 87. 107 atque identidem in orationibus (Rose.
Am. § 146, Verr. III § 186, IV § 21. 23. 66; *piraticus* Verr. III § 186, V 73. 89 cum sen.
grat. eg. § 11), *archipirata* non cunctanter usurpat in orationibus (Verr. lib. V multis locis;
cum sen. grat. eg. § 13, pro domo § 24 Phil. XIII § 18) Off. II § 40 dixit: 'qui *archipirata*
dicitur.' *Tyrannus* quod verbum ante Ciceronem reperi jam apud *Ennium* (Priscian.
I p. 553, Vahlen p. 18) et apud *Pacuvium* (Non. 181, 21. Trag. rel. rec. Ribbeck pag. 79)
et *Attium* (Non. 292, 10. Ribbeck pag. 144 et Non. 415, 25. Ribbeck pag. 138), apud
Ciceronem legitur plurimis locis; memorabile est quod legimus Rep. II § 47: 'hic est

¹⁾ cf. C. F. Hermann de interpretatione Timaei. Gotting. 1842. pag. 6.

²⁾ cf. de hac re Corssen über Aussprache etc. Tom. II. pag. 225 sqq.

enim *dominus populi*, quem Graeci *tyranni* vocant.' cf. § 49: 'habetis igitur primum ortum *tyranni*, nam hoc nomen Graeci *regis injusti* esse voluerunt, nostri quidem omnes *reges* vocitaverunt, qui soli in populos perpetuam potestatem haberent etc.' Sic Cicero dicit Verr. III § 115: *regie* seu potius *tyrannice*; cf. Catil. I § 30; *tyrannicus* occurrit etiam Rep. I § 45, Legg. I 42, Inv. I § 102 (in oratt. Verr. V § 21 pro dom. § 110); *tyrannis* Tusc. II § 52, Div. I § 111, Inv. II § 144; *tyrannocto* legitur in epistolis (Att. XIV 15 § 2 ep. 21 § 3, XVI 15 § 3). Verbo 'barbarus' jam *Naevius* usus est cf. Cic. Or. § 152 (apud Ribbeck Trag. Lat. rel. pag. 13): 'quam nunquam nobis Graiei atque *barbari*' et usi sunt *Cato*, *Plautus*, *Attius* in ejus reliquiis apud Ribbeck l. c. pag. 186 legimus: 'Tereus indomo more atque animo *barbaro*.' Atque Cicero ipse hoc verbum in omni genere librorum non raro usurpavit. Dignus est, qui afferatur, unus locus Rep. I § 58: 'Se. cedo num *barbarorum* Romulus rex fuit? Lael. Si ut Graeci dicunt omnes aut Grajos aut *barbaros*, vereor ne barbarorum rex fuerit, sin id nomen moribus dandum est, non linguis, non Graecos minus barbaros quam Romanos puto.' Adverbium *barbare*, quod jam Plautus habet, reperitur apud Ciceronem Tusc. II § 12; *barbaricus*, quo adjectivo Cicero ipse non usus est, reperitur in *Ennii* reliquiis (rec. Vahlen pag. 104 apud Ribbeck l. c. pag. 22): 'Vidi ego te astante ope *barbarica* etc.' vide Cic. Tusc. I § 85 et III 44, ubi versus Enniani servati sunt. Atque idem verbum reperitur in *Pacuvii* reliquiis (apud Ribbeck l. c. pag. 93): '*Barbaricam* pestem subinis nostris optulit etc.' Substantivum *barbaria* jam Plautinum etiam apud Ciceronem haud infrequens est; saepius opponitur *Graecia* ut Fin. V § 11: 'omnium fere civitatum non *Graeciae* solum, sed etiam *barbariae* etc.' cf. Rep. I § 5; vel *Graecia* et *Italia* Fin. II § 49: 'philosophus nobilis, a quo non solum *Graecia* et *Italia*, sed etiam omnis *barbaria* comuta est.' cf. Tusc. V § 77, N. D. I § 81, II § 126. Quum Latinum verbum pro Graeco 'ποιητής' *vates* sit (cf. Ennium apud Cic. Brut. § 76 Vahlen pag. 34), tamen jam Plauti et Ennii aetate verbum 'poeta' usitatum erat. In *Ennii* reliquiis reperitur apud Cic. Acad. II § 51 (Vahlen pag. 4) '.... visus Homerus adesse *poeta*' et apud Nonium pag. 33, 7 (Vahlen pag. 155):

Ennius *poeta* salve, qui mortalibus
Versus propinas flammeos medullitus.

cf. Cic. Arch. § 18: 'suo jure noster ille Ennius *sanctos* appellat *poetas* etc.' Legimus etiam in *Pacuvii* reliquiis apud Non. 506, 26 (Ribbeck Trag. pag. 101):

.... ubi falsa *poetae*
pro parte sua conficta canant.

Quum Cicero quidem hoc verbo, ubique occasio fert, uti non dubitet, omnes locos, quibus occurrit, hic afferre inutile videtur. *Poetria* semel Cicero usus est in orat. Cael. § 64; *poema* vox Plautina apud *Ennium* legitur in Annal. reliquiis (Prob. pag. 1401 rec. Vahlen pag. 3):

Latos per populos terrasque *poemata* nostra
Clara cluebunt.

Apud *Afranum* (Non. 493, 8. Comic. Rom. rel. rec. Ribbeck pag. 169) legimus: '*poematorum* non bonorum' et apud Pomponium (Non. 150, 19. Ribbeck l. c. pag. 213):

'poema' placuit populatim omnibus.' Cicero ipse hoc verbo in libris de philosophia scriptis usus est hisce locis: Acad. post. I § 9, Fin. II § 10. 107, V § 107, Tusc. II § 26, Div. I § 66, II § 111, N. D. III § 54, Legg. I § 5; ex orationibus adnotavi unum locum Pis. § 70; saepius in reliquis libris occurrit. *Poesis* reperitur Tusc. IV § 71, V § 114; *poetica* (ae) Tusc. I § 3, IV § 69, Inv. I § 36, Or. § 178; adjectivum *poeticus* Rep. I § 22, N. D. III § 77, de Or. I § 69, Or. § 180. 188. 190; adverbium *poetice* Fin. V § 9, Or. § 227; verbo *poetrari* usus est *Ennius* (Priscian. VIII p. 829. Vahlen pag. 155):

Nunquam *poetor* nisi si podager.

Hoc loco dicendum videtur de *Musis*. Priscum Romanorum verbum est: *Cameneae* vel *Casmenae*. Sic dicit *Ennius* in exordio Annalium (rec. Vahlen pag. 3):

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum

Musas quas Grai memorant, nos *Casmenarum*

quum in posterioribus illius carminis partibus non dubitet *Musis* uti; in libro septimo (Vahlen pag. 35) ait 'Musarum scopulos', et in libro decimo (Vahlen pag. 50): 'Insece *Musa* etc.' Apud Ciceronem occurunt *Musae* N. D. III § 54, Or. § 62; etiam metaphorice iis utitur, cf. Tusc. V § 66 'cum *Musis*, id est cum humanitate et doctrina.' His adjungenda sunt derivata: *musica* (ae) Fin. III § 5, N. D. II § 22, Inv. I § 94, de Or. I § 217, III § 127. 132; *musica* (orum) Acad. pr. II § 91, Fin. I § 72, V § 50, Tusc. V § 63, de Or. I § 10 ubi ait Ellendt: 'dixit contra Graecorum usum, ut dialectica, mathematica, grammatica, quae tamen paulo diversa sunt.' Legitur etiam de Or. I § 187, III § 78. *Musicus* (Subst.) occurrit Fin. III § 4, V § 7, Tusc. I § 4. 19, II § 12, N. D. III § 23, Div. II § 9, Off. I § 146, Rep. II § 69, Legg. III § 32, de Or. I § 44. 212, III § 58; adjectivum Legg. II § 32, quod etiam Terentius usurpavit. Adverbium *musice* jam Plautinum habet Cicero in orat. Pison. § 22. His adjungo *lyram*, quod nomen, ut ait Madvig ad Fin. pag. 602 Cicero posuit in *re Graeca* Tusc. I § 4; citharae nomen non habet, sed *citharoedus* Tusc. V § 116, Or. § 325, Mur. § 29 ibid. *autoedus*; *citharista* Div. II § 133 *psaltria* Tusc. III § 46, Sest. § 116; *hydraules* Tusc. III § 43; *plectrum* N. D. II § 149; *chorda* ibid. et de Or. III § 216. Frequentabantur jam antiquis temporibus a Romanis verba '*theatrum*' et '*scaena*'; *theatrum* reperitur in Naevii reliquiis apud Charis. II p. 192 (Comic. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 16): 'Quae ego in *theatro* hic meis probavi plausibus.' Cicero hoc verbo varie utitur, de loco: Fin. I § 49, III § 67, Tusc. I § 37, N. D. III § 73, Div. I § 59, Cat. § 63, Off. II § 60, de Or. I § 118 de opt. gen. dic. § 19. 20, Verr. IV § 119, Sest. § 105. 116, Flacc. § 16 ac saepe occurrit in epistolis; de spectatoribus Tusc. I § 106, II § 64, Rep. IV § 11, de Or. III § 196, Or. § 173, Phil. I § 31; alio sensu legitur metaphorice: Brut. § 6, Verr. V § 35, Cluent. § 93, Rab. post. § 42 etc.; adjectivum *theatralis* exstat Sest. § 115. *Scaena* vox jam Plautina legitur apud Ciceronem N. D. III § 69, Cat. § 65, Off. I § 114. 129, Rep. IV § 11, Legg. I § 47, de Or. I § 18, II § 193. 233, III § 177. 233, Or. § 86. 134, pro Quint. § 78, Rose. Com. § 17. 20. 29, Cat. II § 9, Sest. § 120, Pis. § 46, Fam. VII 1 § 2. metaphorice Lael. § 97: 'in *scaena*, id est in *contione* vid. Seyffert ad h. l. cf. de Or. II § 338: 'quia maxima *quasi* oratori *scaena* videatur *contionis*.' cl. pro Planc. § 29. Harusp. resp. § 22. 25, *scaenicus* subst. Off. I § 114. 129, de Or. III § 86, Verr. III § 184, Planc. § 30; adject. de Or. III § 2. 30. 220, Arch. § 10, ad Fam. VII 1 § 4. Adnectimus

his alias res, quae ad scenam pertinent: *cothurnus* Fin. III § 46, Phil. III § 16; *tragoe-dia*, *tragoedus*, *tragicus* jam apud *Plautum* inveniuntur; *tragoedia* etiam apud *No-vium* (Non. 455, 14. Com. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 224); apud Ciceronem Tusc. IV § 69, Div. I § 32, Cat. § 22, Off. III § 97, Rep. IV § 13, Legg. II § 31, Or. § 109, Brut. § 167, de opt. gen. dic. § 1, Phil. I § 13; translate usus est Tusc. IV § 73, de Or. I § 219. 228, II § 205. 225, Mil. § 18. cf. Ellendt ad Cic. de Orat. I § 219; *tragoedus* de Or. I § 128. 251, Or. § 109; *tragicus* Tusc. V § 63, N. D. I § 53, Off. III § 97, Rep. IV § 13, de Or. III § 30, Or. § 86, de opt. gen. dic. § 1. 2; translate dixit de Or. II § 227; adverbium *tragi-ce* occurrit Brut. § 43. *Comoedia* usi sunt Plautus et Terentius, Cicero usurpavit his locis: Tusc. IV § 69, Lael. § 98, Off. I 104, Rep. IV § 11. 13, Legg. II § 37, Brut. § 224, Or. § 109, Flacc. § 65; *comoedus* reperitur Or. § 109, Rosc. Com. § 30; *comicus* exstat apud Plautum, Caecilium (apud Cic. Lael. § 99 Ribbeck pag. 63), Pomponium (apud Non. 83, 2 Ribbeck pag. 208). Cicero pro substantivo posuit de Or. III § 138, Or. § 184; adject. N. D. III § 72, Legg. II § 36, Or. § 67, Rosc. Com. § 28, Rosc. Am. § 47; adverbium *comice* occurrit de Or. III § 30; *mimus* de actore dixit de Or. II § 251. 259. 274, Verr. III § 78, V § 81, Phil. II 62. 65. 67, VIII § 26, Att. XIV 3, Fam. VII 1 § 1; de comoedia Cael. § 65, Rab. post. §. 35, Phil. XI § 13; *mimi ethologi* de Or. II § 242. 243; *mima* Phil. II § 20. 58. 62. 67. 69. 77. 101, VIII 26, XIII 24; *mimula* Planc. § 30, Phil. II § 61; *mimicus* de Or. II § 239. 274, Phil. II § 58. Quod pertinet ad reliqua poesis genera nihil occurrit nisi poema *epicum*, *melicum*, *dithyrambicum* de opt. gen. dic. § 1; *dithyram-bus* de Or. III § 185; vocem ‘*lyricus*’ illo tempore nondum usitatam fuisse intelligitur ex Or. § 183, ubi dixit: ‘eorum poetarum, qui λυροι a Graecis vocantur.’ cf. Jahn ad Cic. de opt. gen. orat. § 1. Hoc loco non alienum videtur de numerorum (cf. de Or. III § 182) nominibus, quae apud Ciceronem reperiuntur, exponere. Nimirum etiam in hac re verba a Graecis inventa tenuit. Nomen ‘*trochaeus*’ occurrit de Or. III § 182; aliis locis (Or. § 191. 193. 194. 217) *trochaeus* significat tribrachym, et *trochaeum* appellat *choricum* Or. § 193. 212. 217; cf. de Or. III § 193; *dichoreus* Or. § 213. 224; *iambus* legitur Or. III § 182, Or. § 188. 189. 194. 196. 217; sed N. D. III § 91 *iambus* significat *choliambum* cf. Schoem. ad h. l. *iambicus* Or. § 191; *spondeus* Or. 191. 194. 216. 224; *dactylus* Or. § 188. 191. 194. 196. 217; *dactyliens* numerus Or. § 191; *herous* numerus i. q. *dactylus*. Or. § 192, de Or. III § 182. 191. 193; *anapaestus* Tusc. II § 37, de Or. III § 185, Or. § 190; cf. ibid.: ‘itaque factus est *anapaestus* is, qui *Aristophanius* nominatur.’ Intelligendum est carmen Tusc. III § 57; *anapaestica* est dubia lectio Or. § 190; *paeon* (s. *paean*) de Or. III § 183. 191, Or. § 188. 191. 192. 193. 194. 196; *dochmius* Or. § 218; *hexameter* de Or. III § 194, Or. § 191; *heroi* versus, quos longos appellat Ennius, Legg. II § 68; *epigrama* de carmine Cicero dixit Tusc. I § 84, Arch. § 25; de inscriptione Tusc. V § 84, Fin. II § 106, Verr. IV § 127; cf. *elogium* quod jam Plautus habet, Tusc. I § 31, Fin. II § 116, Cat. § 61, Pis. § 72; significat etiam id quod dictum, sententia Cat. § 73, Cluent. § 135.

Ut Graeci non minus ingenio quam sagacitate mentisque acumine excellebant, ita omnes fere artes liberales ab iis non modo inventas et ad summam perfectionem adductas, verum etiam rebus inventis nomina maxime idonea imposita esse constat. Quum igitur

artes a Graecia in Latium transferrentur, Romani recte fecerunt quod artium appellations ab illis sollerter excogitatas accipiebant. Hoc autem factum esse centum fere annis ante Ciceronis aetatem constat;¹⁾ quamobrem non mirum est, quod multa hujusmodi nomina ipsius tempore jam in communem usum et consuetudinem venerant. Nec vero Ciceronem ea aspernatum esse vidimus ipseque pronuntiavit Fin. III § 5: ‘*Rhetorica, dialectica, geometria, musica, quamquam ea Latine dici poterant, tamen, quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus*’; et Acad. post. I § 25: ‘enitar ut Latine loquar, nisi in hujuscemodi verbis, ut *philosophiam* aut *rhetoricam* aut *physicam* aut *dialecticam* appellem, *quibus, ut aliis multis, consuetudo jam utitur pro Latinis.*’ De philosophia, physica, dialectica, musica jam diximus, reliqua nunc tractemus. *Rhetorica* (ae) praeter locos in libris rhetoriciis occurrentes eosque, quos modo attulimus, legitur Fin. II § 17; *rhetorica* (orum) Fat. § 4; adjectivum *rheticus* Fin. II § 17. IV § 7. N. D. II § 68 et in libris rhetoriciis (Inv. I § 7. II § 8, Or. § 114 etc.); adverbium *rhetorice* occurrit Fin. II § 17. III § 26. Tusc. III § 63. Brut. § 43; *rhetor* Fin. II § 17. III § 4. IV § 7. Tusc. I § 7. 112. 116. II § 9. III § 63. IV. § 48. 55. N. D. II 1; et in libris rhetoriciis (de Or. II § 10. Brut. § 265. Or. § 12. 42. 46. 57. 93. 231. Top. § 2 etc. cf. Or. § 61); in orationibus reperitur Flacc. § 47. Phil. II § 42. 43. 84. 101. Ut autem pro adjectivo ‘oratorius’ non *rheticus*, ita pro oratore non dixit Cicero *rhetor* vid. Bernhardy ad Cie. Brut. § 265 et Ellendt ad Cie. de Orat. II § 10. Hoc loco non alienum videtur adjicere ‘*prooemium*’ et ‘*epilogus*’, de quibus Cicero loquitur de Or. I § 86; *prooemio* metaphorice utitur Legg. II § 16. de Or. II § 325. Acad. post. I § 8; *epilogus* reperitur Tusc. I § 112. 119. Fin. IV § 22. de Or. I § 86. II § 278. Latinum verbum est *peroratio* cf. Brut. 127: ‘exstat ejus *peroratio*, qui *epilogus* dicitur’; vel *conclusio* cf. Auct. ad Her. II § 47: ‘*conclusiones*, quae apud Graecos έπιλογοι nominantur.’ vid. Cie. de Inv. I § 98. de Or. II § 80. Sed a rhetoribus pergamus ad *grammaticos*; occurunt autem Fin. III § 4. Tusc. II § 12. Div. I § 34, ubi *interpretes poetarum* et ibid. § 116,²⁾ ubi *explanatores poetarum* appellantur; cf. de Or. I § 187: ‘in grammaticis poetarum pertractatio historiarum cognitio verborum interpretatio pronuntiandi quidem sonus.’ Or. § 72. 93; *grammatica* (ae) legitur Fin. III § 5 et *grammatica* (orum) de Or. I § 187. *Philologus* non reperitur nisi in epistolis ad Q. fr. II 10 § 3. Att. XIII ep. 12 § 3 ep. 29 in.; itemque *philologia* Att. II 17 § 1. Cic. fil. Fam. XVI 21. *Bibliotheca* legitur Fin. III § 7. Tusc. IV § 6. Div. II § 8. de Or. I § 195. 245. Top. 1 ac saepe in epistolis. *Paedagogus*, quem jam Plautus habet, est apud Cic. Lael. § 74. Brut. § 210; cf. ad Att. XII 33 § 2. Bernhardy Röm. Litt. Gesch. pag. 44; verbo *paedagogare* usus est Pacuvius ap. Fest. p. 281. Trag. lat. rec. Ribbeck pag. 83. Hic adjungenda videntur nomina *gymnasium* et *palaestra*. *Gymnasium* legimus Acad. post. I § 17. Fin. I § 69. V § 1. Tusc. IV § 70. N. D. II § 15. Div. I § 8. Rep. III § 44. IV § 4; et metaphorice de philosophorum scholis

¹⁾ cf. Bernhardy, Grundriss der Röm. Literatur, pag. 49 sqq. ed. 3.

²⁾ Hunc locum Christ unicus inclusit.

Parad. § 3. de Or. I § 56. 98. II § 20. 21. Or. § 42; *gymnasiarchus* Verr. IV. § 92; *gymnicus* Inv. II § 2; 'ludi qui *gymnici* vocantur' dixit Tusc. II § 62. *Palaestra*, quod verbum jam apud Plautum et Terentium reperitur, apud Cic. legimus Legg. II § 6. Inv. II § 2. de Or. I § 73. 98. II 20. 21. III 83. 200. Or. § 14 et methaphorice de rhetorum scholis Legg. I § 6. de Or. I § 81. Brut. § 37. Or. § 42. 186. 228; *palaestrita* de opt. gen. or. § 8. Verr. II § 36. 38. 46. 54. 104. IV § 139; *palaesticus* Off. I § 130. Verr. II § 54; *palaestricos* i. e. παλαιστρικῶς dixit Afranius ap. Non. 154, 12. Com. lat. rec. Ribbeck pag. 157; *athleta* Tusc. II § 40. 56. Cat. 27. Off. I § 144. Or. § 228. Veniamus nunc ad *mathematicos*; quod nomen usurpavit Cicero Acad. pr. II § 82. 106. 116. 118. Fin. II § 15. V § 7. 9. Tusc. I § 5. 40. V § 18. 66. N. D. II § 51. 103. III § 23. Div. II § 10. 91; *mathematica* (orum) semel dixit Acad. pr. II § 116; frequens est eodem sensu *geometria* Acad. pr. II § 91. 106. post. I § 6. Fin. I § 20. 72. III § 5. V § 83. Tusc. I § 5 V § 113. N. D. III § 88. Div. II § 10. Off. I § 19. Rep. I § 16. Inv. I § 36. de Or. I § 187. 217; *geometrica* (orum) Fin. I § 20. Tusc. I § 57; adjективum *geometricus* legitur Acad. II § 117. Div. II § 122. Rep. I § 29; *geometres* Acad. pr. II § 22. 116. Fin. III § 4. Tusc. V § 18. Fat. § 15. Off. III § 13. Huc pertinent *conus* et *pyramis* N. D. I § 24. 47; *cylindrus* ibid. et Tusc. V § 64. 65. Fat. 42. 43; *basis* N. D. II § 125 (trianguli) Tusc. V § 66; cf. Verr. II § 154. 160. IV § 74. 78. 79. 82. 90. 127. Pis. § 92. Phil. IX § 16. Nunc transeamus ad *historiam*; quo verbo jam Plautus usus est. Sunt qui censeant, id apud Ciceronem interdum eandem vim habere quam apud Graecos ιστορίαν, i. e. *investigationem* vel *cognitionem*, sed ii qui afferuntur loci non repugnant ei, quam reliquis locis habet, significationi: *rerum gestarum indagatio et expositio*. Sunt autem illi loci Tusc. I § 108: 'permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni *historia* curiosus.' Sed ex iis, quae antecedunt, elucet, Chrysippum in moribus nationum colligendis et narrandis diligentem fuisse; neque alter locus qui affertur, ep. ad. Att. II 8: 'si quid in ea epistola fuit *historia* dignum,' est contrarius; dicere vult: si quid fuit historica tractatione dignum. Ac reliquis locis significat id, quod supra diximus, *narratio* vel *expositio rerum gestarum*. cf. Acad. pr. II § 137. Fin. II § 67. V § 7. 51. 52. Tusc. V § 112. N. D. I § 88. II § 69. Div. I § 37. 38. 39. 50. 72. 121. Rep. II § 33. Legg. I § 5. de Or. I § 256. II § 36. 51. Brut. 44. 286; in epist. ad Fam. V § 12. § 2. 3. 6. ad Q. fr. I § 10. 23. II 13. § 4. Att. II 8 § 1. VI 1 § 18. XII ep. 3. § 1 ep. 5 § 3. XVI 13c § 2. Memorabile est, quod legitur de Inv. I § 27 iisdemque fere verbis apud Auct. ad Her. I § 13: '*historia* est gesta res, ab aetatis nostrae memoria remota;' ad quam significationem proxime accedit Fin. V § 5: 'quacunque enim ingredimur (sc. Athenis), in aliqua *historia* vestigium ponimus.' Pluralis '*historiae*' occurrit Fin. I § 25. V § 64. Div. II § 69. 136. Brut. § 42. pro Scauro § 42. Fam. V 12 § 2. Att. I 16 fin. II ep. 5 § 1. ep. 20 § 2. XIV 14 § 5; *historicus* (subst.) idem significat quod rerum scriptor N. D. III § 55. Div. I § 55. II § 69. de Or. II § 59. Or. § 68. Top. § 78. pro Mur. § 16; adjективum est Brut. § 286 (oppositum est 'oratorius') Or. § 124 (oppos. 'quotidianus'). Ad artes, quae ex Graecia ad Romanos transierunt, referenda est etiam *architectura* Off. I § 151; *architectus* (pro quo nomine *architecon* reperitur apud Plautum et Titi-

nium Comic. Lat. rec. Ribbeck pag. 130) est jam vox Plautina; apud Ciceronem legitur N. D. I § 72. II § 141. de Or. I § 62. Leg. agr. II § 32 (cf. Zumpt. ad h. l.) Mil. § 46. 74. Dom. § 48. Fam. VII § 14. Att. XIV 3. § 1; et metaphorice Acad. pr. II § 126. Fin. I § 32. N. D. I § 19. II § 90. Brut. § 118. Rosc. Am. § 132. Leg. agr. I § 11 (cf. Zumpt.) Cluent. § 60. Fam. IX 2 § 5; verbo ‘*architectari*’ Cicero metaphorice utitur Fin. II § 52, cf. Auct. ad Her. III § 32. Ex medicina afferenda sunt haec: *empirici* sc. medici Acad. pr. II § 132; *podagra* Fin. V 94. Tusc. II § 45; *podager* reperitur jam apud Ennius (Prisc. VIII p. 829. rec. Vahlen pag. 155); *stranguria* Tusc. II § 45, qui locus ex Epicuri epistola quadam conversus est; *cardiacus* Div. I § 81; *phreneticus* ibid.; *melancholicus* Tusc. I § 81. Acceperunt Romani a Graecis etiam quorundam animalium nomina, ex quibus Cicero usus est fere his: *elephantus* N. D. I § 97. II § 122; *camelus* N. D. II § 122; *panthera* N. D. I § 88. II § 126; *crocodilus* Tusc. V § 78. N. D. I § 82. 101. II § 124. 129. III § 47; *ibis* Tusc. V § 78. N. D. I § 82. 101. III § 47; *ichneumon* N. D. I § 101; *aspis* Fin. II § 59. Tusc. V § 78. Fin. II § 59. N. D. III § 47; *delphis* Tusc. II § 67. N. D. I § 77; *cyenus* Tusc. I § 73. 151. N. D. II § 122; *draco* Div. II § 65. 135. 141. cf. N. D. II § 106; *cantharis* Tusc. V § 117. Fam. IX 21 § 3; *squilla* sive *scilla* (σκίλλα) N. D. II § 123. cf. Fin. II § 24; *concha* Fin. III § 63. N. D. II § 123; *conchylum* Div. II § 33. Verr. IV § 59. Pis. § 67.

Patet igitur numerum satis magnum Graecorum nominum in Latina lingua reperiri. Significant aut Graecas aut a Graecis ad Romanos translatas res, ad quas exprimendas lingua Latina apta et idonea vocabula non obtulit. Quae jam diu recepta fuerunt, iis Ciceronem sine ulla dubitatione uti vidimus; de verbis ‘*aér*’ et ‘*aether*’ ipse dicit N. D. II § 91: ‘principio enim terra, sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est *aér*, *Graecum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris, tritum est enim pro Latino*. Hunc rursus amplectitur immensus *aether*, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum dicaturque tam *aether* Latine quam dicitur *aér* etc.’ De aëre cf. etiam Acad. post. I § 26: ‘*aér* — hoc quoque utimur jam pro Latino.’ Quo verbo usi sunt jam Plautus et Ennius cf. Enn. rec. Vahlen pag. 24. 168. 65; vid. Bergk in Fleckeisen Annal. 1861 pag. 333. Cicero utrumque verbum frequenter usurpavit; adjективum *aethereus* legitur N. D. II § 42. 43. 54. 55. 64. Verba quaedam quam usitata illo tempore fuerint inde colligi potest, quod Cicerio ea non modo proprio sensu usurpavit, verum etiam metaphorice convertit, ut *architectus*, *palaestra* etc. Ait autem ipse Fin. III § 15: ‘puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, si quando minus occurret Latinum, ne hoc *ephippiis* et *aeratophoris* potius quam *proegmenis* et *apoproegmenis* concedatur, quamquam haec quidem *praeposita* recte et *rejecta* dicere licebit.’ Concedit igitur fieri potuisse, ut pro Graecis Latina verba poneret, sed quoniam in scribendo imprimis perspicuitatis rationem habuit, Graeca praetulit, quae usu percepta videbantur dilucida et ad communem omnium intelligentiam aptiora quam Latina. Sic in Ciceronianis de philosophia libris praeter ea, quae supra contulimus, Graeca verba reperiuntur, in quorum locum haud scio an Latina substitui potuerint, fere haec: *abacus* (Cat. R. R. X 4) Tusc. V § 61; *ambrosia* et *nectar*

Tusc. I § 65. N. D. I § 112; *amphibolia* Div. II § 116. cf. Epp. ad Fam. VII 32 § 2. Auct. ad Her. II § 16. *androgynus* Div. I § 98; *archon* Fat. § 19; *asotus* Fin. II § 22. 23. 70. N. D. III § 77; *cestus*, quod jam apud Catonem reperitur, Tusc. II § 40. 56; *chi-rographum* N. D. III § 74. Brut. § 277, ac saepius in oratt. Philipp. et in epistolis; *chorus*, quo verbo jam Naevius usus est cf. Com. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 17, proprio sensu legitur Phil. V § 25, metaphorice Fin. I § 26. Tusc. V § 13. Off. III § 116. Mur. § 49; *clepsydra* Tusc. II fin. de Or. III § 138; *cymba* reperitur apud Afranum (Com. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 155), Cic. Off. III § 58; *ephebus*, quo verbo etiam Terentius utitur, occurrit apud Cic. N. D. I § 79. Rép. IV. § 4. Flacc. § 51. 75; *gyrus* Off. I § 90. de Or. III § 70; *haeresis* Parad. § 2. cf. ad Att. XIV 14 § 1. ad Fam. XV 16 § 3; *heros* dixit de Ulyxe, Diomede, Agamemnone, Achille N. D. II § 165, de Platone et Aristotele Rep. III § 12; de Catone ad Att. I 17 § 9, de Clodio ad Att. IV 3 § 5. XIV ep. 6. § 1; ep. 11 § 1; cf. XV 12 § 2; *heroicus* Tusc. V § 7. ‘*heroicae aetates*’. N. D. III § 54 et Div. I § 1: ‘*heroica tempora*’; N. D. III § 71: ‘*heroicae personae*’; *hedychrum* Tusc. III § 46; *hemicyclium* Lael. § 2; *hippocentaurus* N. D. I § 105. II § 5. Div. II § 49; *mysteria*, quod legitur in Caecilii reliquiis (Com. Lat. rel. rec. Ribbeck pag. 61), in Attii reliquiis (Trag. Lat. rec. Ribbeck pag. 174; adjективum ‘*mysticus*’ ibid. pag. 191); apud Cic. occurrit proprio sensu Legg. II § 36: ‘nihil melius illis *mysteriis*, quibus ex agresti immagine vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus, *initiaque* ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus’ cf. ibid. § 35. Tusc. I § 29. N. D. II 62; metaphorice Acad. pr. II § 60. Tusc. IV § 55. de Or. I § 206. III § 64; *mystagogus* Verr. IV § 132 ‘quos illi vocant;’ *narthecium* Fin. II § 22; *olympionices* Tusc. I § 111. Inv. II § 144. Flacc. § 31; *orichalcum* Off. III § 92; *parasitus*, quo verbo usi sunt Naevius (Com. Lat. rec. Ribbeck pag. 13) Plautus, Titinius (ap. Ribbeck pag. 120. 126) Afranius, (l. c. pag. 180) reperitur apud Cic. Lael. § 98; *philitia* Tusc. V § 98; *propylaeum* Off. II § 60. Rep. III § 44; *physiognomon* Fat. § 10; *psychomantium* Tusc. I § 115. Div. I § 132; *scalmus* Off. III § 59. de Or. I § 174. Brut. § 196; *scyphus*, quod verbum est jam Plautinum, occurrit apud Cic. Tusc. I § 97. Verr. II § 47. IV § 24. 32, *silos* N. D. I § 80; *stadium* Acad. pr. II § 81 Fin. V § 1. Tusc. II § 56. Off. III § 42; *stigmatias* — sic Naevii fabula inscripta erat — legitur apud Cic. Off. II § 25; *tetrarchia* Div. I § 27. II § 79. Mil. § 76. Balb. § 13. Dejot. § 42. Phil. II § 94; *thesaurus* legitur apud Ennium (rec. Vahlen pag. 124) apud Plautum et Terentium; apud Cic. Div. II § 18. 33. 134. 142. Cat. § 21; metaphorice Fin. II § 67. IV § 10. de Or. I § 18. Or. part. § 109; *tropaeum*, quod verbum legitur in Attii reliquiis (apud Ribbeck pag. 130. 155, est apud Cic. Tusc. I § 110. IV § 44. Fin. II § 105. Pis. § 92. 97. pro dom. § 100. Marc. § 11. Dejot. § 34; utitur metaphorice Cic. Verr. II § 115. Arch. § 21; *tripus*. N. D. III § 42. Quorum verborum nonnulla num rectius Graecis litteris scribantur, hoc loco dijudicare nolumus.

Accedit numerus Graecorum verborum, quae nondum in communi usu fuisse inde intelligitur, quod Cicero explicatione vel excusatione aliqua adhibita ea in medium protulit. Sic igitur ait Acad. pr. II § 72: ‘num hic *sophistes*? — sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus causa philosophabantur —’. Fin. I § 1. ‘eorum erat iste

mos, qui tum *sophistae* nominabantur'. Ac nude posuit illud verbum ibid. § 2. N. D. I § 63, Or. § 37. 65. 68. Vox '*scholae*' quum illo demum tempore pro perpetuis de quaestione proposita disputationibus¹⁾ in usum venerit, dicit Cicero Tusc. I § 8: '*scholas*, ut Graeci appellant.' cf. § 7: 'hanc enim perfectam philosophiam semper judicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere, in quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut jam etiam *scholas* Graecorum more habere auderemus.' Vid. Bernhardy Hist. Litt. Rom. pag. 59. Occurrunt praeterea *scholae* Acad. pr. II § 81. Fin. II § 1. Tusc. I § 83. 113. II § 26. III § 81. IV § 5. Parad. § 5. Pis. § 60. 65. Ac significat *schola* idem quod secta philosophorum: Fin. II § 67, N. D. I § 34, III § 77, de Or. I § 56; et eum, quo disputationes habentur, locum Fin. V § 89, Off. II § 87, de Or. I § 102, Or. § 95, Pis. § 59. Verbum *harmonia* pluribus explicat Rep. II § 69: 'ut enim in fidibus aut tibiis atque ut in cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur et congruens, sic ex summis et infimis et mediis et interjectis ordinibus, ut sonis, moderata ratione civitas consensu dissimillimorum concinuit, et quae *harmonia* a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia etc.' cf. Tim. cap. 8: 'est autem unus ex omnibus rationis concessionisque, quae ἀκονία Graece, sempiternarum rerum et sub intelligentiam cadentium compos et participes etc.' Tusc. I § 19 legimus: 'velut in cantu et fidibus, quae *harmonia* dicitur.' Sine excusatione posuit Cic. Tusc. I § 24. 41, N. D. III § 27, Rep. I § 16. Huc pertinent praeter eos, quos jam supra commemoravimus ('qui rhetorici vocantur', de Or. I § 52 'ei qui grammatici vocantur' de Or. I § 10 etc.) N. D. III § 53 'ii qui *theologi* nominantur.' Sunt iidem, qui ibid. § 44 *genealogi* vocantur et § 42 explicantur: 'ii, qui interiores scruntantur et reconditas litteras.' Rep. II § 58 'quinque, quos illi *ephoros* appellant, in Creta autem decem, qui *cosmoe* vocantur.' Aliis locis *ephori* sine explicatione commemorantur cf. Tusc. I § 100, Off. II § 80, Legg. III § 16. Multa autem hujusmodi vocabula, quibus quasi veniae petendae causa addit: 'quae Graeci vocant vel nominant etc.' in libris rhetoriciis reperiuntur, quae hoc loco omittimus; ex iis, quos de philosophia scripsit Cicero supersunt, ut afferamus, hi loci Legg. II § 65: '*hermas*, quos vocant.' Legg. II § 5: '*astu* quod appellatur.' N. D. II § 23: '*pina* vero — sic enim Graece dicitur.' Fin. III § 63: 'illa quae in concha patula *pina* dicitur.' *Pinoteres* legitur Fin. III § 63, N. D. I § 59: 'Zenonem, quem Philo noster *coryphaeum* appellare Epicureorum solebat.' N. D. II § 59: 'quae verens Epicurus *monogrammos* deos et nihil agentes commentus est.' Verbum *aenigma*, quod Div. II § 132 nude posuit (cf. Att. VII 13 § 5), de Or. III § 167 ita profert: 'ea, quae vocantur *aenigmata*'.

Verum ex iis, quae quasi larga manu suppeditavimus, exemplis, etiam in adhibendis Graecis vocabulis probabilem modum et moderationem tenuisse Ciceronem, satis intellectum puto; ut aberat a stulta eorum opinione, qui quum frequenti peregrinorum verborum usu putent orationem exornari, in maximam insulsitatem incident, ita abhorrebat a fasti-

¹⁾ cf. Fin. II § 2 et 3.

diosa abstinentia eorum, qui quod verbum foris petitum sit utique reformidantes obscure et inepte quam apte et dilucide loqui malunt; semper imprimis id egit, ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quocunque ageretur, apte congruenterque diceret.¹⁾ Sic vero ei contigit, ut in omni dicendi genere summus Latini sermonis artifex exsisteret.

Sed finis imponendus est commentationi nostrae. Instituimus exponere de Cicerone Graecae philosophiae interprete; unam forsitan dixeris inferiorem hujus disputationis partem tractavimus, intacta reliquimus plurima et gravissima quae occasione oblatas, si vires suppetant, proponere liceat.

¹⁾ cf. Bake de emendando Ciceronis oratore. Lugd. Bat. 1856 pag. 3.